



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>


79. Cc. 340.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERREICHISCHE NATIONALBIBLIOTHEK

79.Cc.340



79.10.40 117

SPECIMEN DOCTRINÆ JURIS NATURALIS.

secundum
DISCIPLINAM PLATONICAM,
exhibens
genuinam PLATONIS Philosophiam

De
IDEA BONI,

*eiusq; in nonnullis circa Ius Natura Controversiis,
& Philosophia Practica usum,*

Cum Appendice duarum Dissertationum

DE

**ARMIS IN BELLO PROHIBITIS
&
PRODITIONE.**

In Academia Argentoratensi

edidit

**JOHANNES JOACHIMUS ZENTGRAVIUS,
Philos Practic. P.P.**

—
—
—
—

**ARGENTORATI,
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.**

ANNO M DC LXXIX.



V I R O
*Generis Nobilitate, Officiorum
Magnificentia, illustri meritorum in Patriam
multitudine, & Consiliorum gravitate Amplissimo*

D O M I N O

JO. LEONHARDO
FROEREISENIO,

Inclutæ Reipubl. Argentoratensis
C O N S V L I R E G E N T I

Pio, Prudenti, Felici;
Illustris Collegij Tredecimviralis Assessori,
Universitatis Scholarcha,
Mæcenati suo,

Specimen hoc Philosophiæ Practicæ Platonicæ,
& nonnullarum circa jus Naturæ quæstionum secundum
disciplinam Platonicam explicatarum,

*ceu exorientis pacis
primitias,*

*sacrum esse jubes
ea qua par est obseruantia*

JOHANNES JOACHIMUS ZENTGRAVIUS,
Philos. Pract. Profess. Publ.
Academæ h.t. Rector.



DEDICATIO.

Sapienter nostræ Academia statuta
Moralium Professorem suam Philosophiam non
ex Aristotelis tantum scriptis, sed & ex Platone,
aliisque ad Philosophiam Practicam pertinentibus
Veterum tractatibus docere jubent. Crediderunt
nimirum cum Lactantio Majores nostri, veritatem
Philosophicam pene universam per Philosophorum sectas esse devisam,
nullamq[ue] sectam fuisse tam deviam, nec Philosophorum quenquam tam
inanem, qui non viderit aliquid ex vero. Omnium enim intelle-
ctui congenitum lumen practicum cum discrimen aliquod ho-
nestorum & turpium monstret, cumque ejusdem legis dictami-
na omnes accipere possint, si velint, omnes etiam quid de vita
honestate sentiant non inutiliter audiuntur, partim ut videa-
mus, quomodo nulli hominum se ἀμάρτυρος DEUS reliquerit,
partim ut consensus etiam veritati testimonium præbeat, partim
denique ut venerandam Antiquitatem eo quo decet loco ha-
beamus. Quanquam vero quæ Aristotle in hoc doctrinæ genere
præstitit eximia sint, negari tamen nequit, non inutiliter multa ex
Platone, Cicerone, Plutarcho, Seneca, &c. peti posse, quæ Philosophiæ
huic illustrandæ non parum inserviunt. Platonis sane quanta
olim existimatio fuerit, vel ex hoc etiam constare potest, quod ad
hominem contra Gentes disputantes doctissimi quique Patres
Ecclesiæ Platonis Philosophiam adversariis suis opponere non
dubitarent, non uno eundem commendantes elogio. Clemente
Alexandrino veritatis studiosus, Philosophia pulcherrima quæq[ue] à bar-
baris hausisse, Hebraicam etiam Philosophiam & veritatem præceteris
Philosophis, smo ipsum Mosen diligentissime securus, & Christianismo in
multis pralutissime dicitur. Eusebius quanti eum æstimarat, ex doctissimo
ejusdem de Præparatione Evangelica opere constat. Iste
dorus Pelusior a Gentilium philosophorum facile principem, & Graecorum
thesaurum eum non dubitavit appellare. Augustino audit vir sa-
pientissi-

DEDICATIO.

pientissimus & crudelissimus temporum suorum, cuius os in *Philosophia purgatissimum est & lucidissimum*. *Plato ille sublimis apex Philosophorum & columnam, ait Arnobius, cui & magnus, pie sancteque sapiens dicitur.* Taceo in quanta apud *Justinum Martyrem, Theodoreum, aliosque fuerit dignitate. Ludovicus Vives doctissimos B. Augustini de Civit. Dei libros doctissimo illustrans commentario, tria sunt, inquit, quae Platonii non modo Graciam conciliarunt, sed orbem universum: integritas vita, sanctitas preceptorum & Eloquensia.* Non equidem negaverim, multa ex nimio illorum affectu, quos suave genus dicendi Platonicum potissimum ceperat, profecta esse, ipso *Augustino* notante, fuisse inter Christianos, qui propter quoddam *praelarisimum loquendi genus, & propter nonnulla que veraciter sensit, Platonem amarunt.* Non etiam me latet, *Tertullianum, cruditum utique virum, istum jaestatum Platonis Christianissimum non usque eo magni fecisse, bona fide doluisse potius, eundem omnium hereticorum factum esse condimentarium;* exagitasse quoque ejus præcepta, *Lactantium, aliasque.* Verum nec pauciora, vel minoria, affectui hominum erga se *Aristoteles* debuit, quem cum *Macrobius* nil ignorare potuisse sibi persuaserit, *Hieronymus* finem humani intellectus appellare non dubitavit; quemadmodum & *Sinenenses* pari loco habent suum *Confutatum*, ceu ex *Trigautio, Martin.* aliisque rerum Sinenium scriptoribus constat. Nimirum prout doctoris alicujus placita vel congrua sunt nostro ingenio, quod variat; vel prout eiusdem præceptis ab ineunte ætate imbuti sumus; vel prout eundem semper commendatum cæteris præferri audivimus; ita eundem quoque solemus haud raro magni æstimare, dissentientes vero ægre ferre. Non male *Salvianus* primo quo contra Avaritiam libro scripsit, *omnia admodum dicta, inquit, tanti existimantur, quantus est ipse qui dixit.* *Siquidem tam imbecilla sunt judicia hujus temporis, ac pene tam nulla, ut hi qui legunt, non tam considerent quid legant, quam cujus legant: nec tam dictioris vim agi virtutem, quam declaroris cogitent dignitatem.* Unde cum

DEDICATIO

consentiente ore maximarum sectarum principes Platonem & Aristotelem fuisse omnes confiteantur, utrumque cum *Augustino* laudandum, utrumque pro amico habendum, utrumque etiam audiendum, veritati autem manus dandas esse censemus. Discri-
men alias quod cum quoad dicendi genus, tum quoad ipsam do-
ctrinam inter eos intercedit, manifestum est. Laudant Patres,
Cicero etiam, Platonis Eloquentiam, ejusque *stylum tribus potissimum abundare maneribus* ait Marfil. Ficinus, *Philosophica utilitate, Oratorio dispositionis elocutionisq; ordine, florum ornamento poetico-rum*; ut apud veteres hinc in proverbium abierit, *Jovem ipsum Grace locuturum Platonis lingua usurum esse.* Observavit tamen B.Rhenanus, *Platoni solenne esse suam Philosophiam quibusdam obumbrare figmentis*, id quod nec ipse Plato negatum ivit, & ab aliis quoque ante Platonem factum legitur. Et hoc nomine etiam *dictionis minus idonea ad philosophandum* judicatur *Vosio*, *cum philosophia magis conveniat dictio propria, aus tralationes recepta & usitate.* Ex veteribus etiam *Dicearchus*, autore *Laertio*, illud scribendi genus, quo in *Phaedro* utitur, *ceu grave ac molestum* reprehendit. Multis etiam non placet, quod per *Dialogos* suam scriperit Philosophiam: quanquam enim non parum artificii illis inesse non inviti concesserint, cum *Laertij* *judicio* *hoc scribendi genus expoliverit, adhuc alsoqui rade, atq; perfecerit*, parum tamen solide, & fere tantum dialectice, sive in utramque eundem disputare partem contendunt. Aliter haec se in *Aristotele* habent. Quanquam enim ut *Augustinus* *judicat*, *eloquio Platoni impar fuerit vir excellens ingenij*, laudatur tamen hoc nomine passim, quod non symbolico & poetico dicendi genere usus fuerit, sicut qui ante vixerunt Philosophi, sed aperte & proprie scriperit, ad veritatis indolem, quae sua se amabili commendans luce, alienis verborum fucis non opus habet. Celebratur etiam methodi præstantia & *anepisita*, qua omnes vicit Philosophos, quaque res Philosophicas genuino, h.e. Philosophico ordine, vere accurate & feliciter tradidit, aliter atque

DEDICATIO.

que superioribus temporibus factum fuerat. Displacet tamen aliis rursus concisa ista loquendi ratio, qua operâ data Philosophum fuisse usum nonnulli existimant. Ita nimirum facilius est aliorum n̄evos animadvertere, notare, quam illos operis præstantia superare. Cæterum licet Aristotelicum dicendi genus præ eo quo Plato uti maluit nobis placeat, negari tamen nequit, Platonis quoque scripta sic esse comparata, ut si quis ea tali legit attentione, qua Dialogi legi amant, quorsum Philosophus collimet, quæque ejus sit sententia, hujus quæ ratio & fundatum, percipere quoque possit. Nimirum cum secundum Laertium *Dialogus & interrogatio & responstone* sit compositus, de eare: quæ vel Philosophiam, vel Republica partes attingit, cum decenti & congrua expressione personarum quæ assumuntur, accurataq; compositione verborum ; cuilibet hinc constare potest, Platonis illum demum mentem assicuturum esse, qui & in Antiquitate Philosophica bene versatus, & ratione logice artificio fuerit instructus. Hæc sunt, meo quidem judicio, subsidia ad Platonis scripta intelligenda omnino necessaria. Illa opus est, ut quomodo ad mentem veterum, vel illorum quorum fit mentio, aliquid dictum sit investigetur; hoc ut s̄ic ab armis quæstio ipsam à ratione probandi, ea etiam quæ ad hominem dicuntur, ab illis quæ ex propria dicta sunt sententia, separantur, scopusque Philosophi diligenter cum judicio practico attendatur. Videndum præterea sub quibus personis verum probaverit, falsum autem redarguerit. Nimirum ut Laert. observavit, & post eum alii, de his quæ ipse opinatur, quatuor inducit personas, Socratem, Timaeum, Atheniensem hospitem, peregrinum Eleatem. Qui vero mendacii coarguantur inducit Thrasymachum, Calliclem, Polium, Gorgiam, Protagoram, Hippiam, atq; Euthydemum, & hujusmodi cæros. Quod si non neglectum fuerit, quid Plato probet, quidve improbat, non infeliciter forte definitur. Quanquam nec negaverim, dubiam etiam nonnunquam de una & altera quæstione esse

DEDICATIO.

esse ejus disputationē, cuius rei nostra de Ideis tractatio specimen exhibet; sed num id Philosopho vitio verti debet, quod aliis laudi modestiae haud raro ducitur? Recte denuo *Laertius*, & cum eo *Hesychius*: ἐπίλεταν τοῦ ὡν καθάλυψεν, ἀποφεύγει, τὰ δὲ φύσιν διελέγχει, οὐδὲ διὰ τὸν ἄριστον ἐπίχει. Nil hic vitii, nil quod reprehendatur dignum. Præterea rationibus rem egit Plato, nec παχυλῶν, vel ὡν τύπων, ut Aristoteles, sed ἀναπόδειγμα moralia docere instituit; quo nomine cum de *Idea boni* solitus esset, ceu medio demonstrationum practicarum, passim in suis scriptis Ethicis Magistrum pupugit discipulus Stagirita. Ipsa vero Platonis Philosophia, etsi, ceu humana, suis non careat crassis etiam erroribus, agnitis & notatis ab ipsis Ecclesiæ Patribus, quibus Plato magni fuit aestimatus. Recenset *ridiculas* Platonis *leges* B. *Theodoreus* eleganti de Legibus habitu sermone, & invehitur in eos, qui clara Platonis verba detorta in mitiore partem interpretari conantur; complura tamen etiam bene & honeste dicta ~~eadem~~ constitut. Doctissimus Vir *Samuel Rachelsius* in ea quam operi ad Nicomachum Philosophi Ethico præmisit introductione ita hæc expendit: *Moralem quod attinet Civilemq; Philosophiam, plurimis ac eruditissimis eam libris Plato iuuavit.* Et nonnullis interjectis, eminent autem, inquit, ejus etius scripta *Politica*, X. de Republ. libri, & XII. de Legibus, cum sua *Epinomide*. In quibus non solum de honesti ac Justi principiis solidissime disputat, sed de iis omnibus officiis, que ad societatum conglagationem ac felicitatem in primis faciunt, si unum enīq; grandem exercitorem excipiāt. Eosdem Philosophi de Republ. libros *Antonius Montecatinus* Cardinali Aldobrandino commendat ceu necessarios ad Politica Aristotelis intelligenda, & qua sapientia, qua mysteriis referatos. Nec B. *Bæclerus* noster dissentit: *In Platone*, inquit, quod non perfunditorie dicendum est, plura etiam ad disputationem de Jure Natura pertinentia reperias, in primis in libris de legibus. Neq; enim aliud quam studiosius omnia vista civilis præsidia & instrumenta, tum legum civilium rationes ad natura normam exegit. Quæ itaque bene dicta acci-

DEDICATIO.

pecimen
liis laudi
cum eo
nūxx,
aturdi-
el & o
nomi-
num
ugit
u-
tis
e-
s-
s-
pecienda sunt, quæ male vero, rejicienda. Sed nec Aristotelis Philosophia ab erroneis in praxi immunis est dogmatibus, qui Theodoreto Platone non melior, sed multo pejoratum dogmatum autor fuisse dicitur. Nec placuit de *fine hominis & summo Bono* Aristotelis disputatione Primitivæ Ecclesiæ Doctoribus, sicut suo loco, DEO annuente, peculiari explicabimus commentario; nec de *anima immortalitate* etiam post tenatas literas elegantiores recte sensisse omnibus idem creditur. *Mureto* quid hic visum fuerit, notum est. Quid quod nec de *Providentia* pie locutus fuisse nonnullis existimerur. Qualem vero Philosophiam moralem à tali homine, qui ejusmodi errorum cœno hæret, expectaveris? Nimirum cum homines fuerint *Plato & Aristoteles*, scripta illorum pie secundum disciplinam Christianam probanda, bona autem retinenda sunt. Nec alio consilio Platonem, vel aliorum qui Philosophiam Practicam tradiderunt scripta cum Aristotelis Moralibus conjungi volunt statuta nostra Academica: Non ut nimius affectus vel in hunc, vel in illum, nos abripiat, quemadmodum olim jam Platonem, jam conversis rerum vicibus, prout mobiles sunt hominum mentes, Aristotelem nimia & cæca exceptit admiratio; sed ut *Potamonis Alexandrini* exemplo electione utamur, ea que feligamus & excerptamus è singulis seistarum & Philosophorum, *Platonis* nimirum & *Aristotelis*, aliorumque placitis præcepta & dogmata, quæ & recta & vera sunt. Cumque de Aristotele id nemo dubitet, de Platone idem confitebitur, qui eo quo legi volunt studio scripta ejus evolverit. *Antonius Montecatinus* etsi Aristotelis scripta tanti æstimarit, ut partem illorum quandam non solum latino sermone donaret, sed & doctissimo illustratum iret commentario, quid tamen in *humanis divinius Platone?* querit. Utrumque Philosophum cum aliis conjunxit non infeliciter in egregio suo de jure belli & Pacis opere *Grotius*, etsi judicio B. Bacleri, nemo in hunc dicens satus hoc autore ad hoc argumentum usus sit: ne *Grotius* quidem, cui plerumq; magis in promptu sunt *Philo*, *Platonis imitator*, &):():(*Maximus*

DEDICATIO.

Maximus Tyrinus. De scriptis Platonicorum seu perditis seu extantibus, quibus Platonis sententiae & dogmata ad mentem illius explicata illustrantur, dicere nil attinet. *Crantoris Solensis* in Platonem Commentarius, cuius *Proclus* facit mentionem, cum veteris Academiarum fuerit doctor, si integer ad nos pervenisset, plus sane subsidii nobis ad intelligendum Platonem subministraret, quam vel *Plotinus*, *Alcinous*, *Syrianus*, *Proclus*, vel etiam recentiores nonnulli, quorum opera etsi grato merito agnoscitur animo, genuinam tamen Platonis mentem ubique illos expressisse merito dubito, qui ex amico in eundem affectu dogmata ejus haud raro potius explicasse, & pie correxisse nonnunquam, quam ex vero tradidisse censendi sunt. Qui etiam nonnunquam a se invicem in illustrandis Platonicis dogmatibus dissentunt, uti constat: Ut proinde ad indagandam Philosophi mentem, cum judicio juniorum Platonicorum scriptis utendum sit. Quapropter meo quidem judicio melius ille fecerit, qui cum sufficientibus subsidiis, de quibus paulo ante loqui placuit, instructus fuerit, ex ipso Platone potius, ejusque assidua lectione, quam ex junioribus ejus interpretibus, Theologiam Platonicam haurire voluerit, cum suis potius, quid divinus Philosophus docuerit, quam alienis oculis videre omnino praestet, felicius insuper de sententia aliena ex mente libera, quam præoccupata, judicari queat. Quod tamen salva doctissimorum virorum qui Platonis Philosophiam illustratum & explicatum iverrunt autoritate dictum & intellectum volo, quorum labore omnino etiam inter subsidia Platonem intelligendi relatum habeo, modo cum judicio, & non circa oculo quis illo usus fuerit. Et hac mente etiam nos Platonem evolvere incepimus, cum de *Idea boni* aliquid commentari in animu induceremus, quomodo vero id successerit, Tuum, *Amplissime Vir*, & aliorum, erit judicare. Voluntas forte non improbabitur, etsi eventus conatur non respondisse aliis visus fuerit. Ut vero cum animo meo de Idea Boni Platonica, ejusque in nonnullis circa Ius naturæ questionibus explican-

DEDICATIO

plicandis, & Philosophia Practica usu, aliquid publice exponere cum animo meo constituerem, factum est occasione c. 6. l. i. Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum. In publicis enim prælectionibus, cum istud Auditoribus meis explicatum irem caput, an ex veritate, an vero per calumniam magistrum impugnaret Aristoteles dicendum erat, factum hinc est, ut quid alii hic sentirent, quid aliis ex veteribus Philosophis, Patribus etiam Ecclesiæ quid visum fuisset, exponeretur. Cum vero à partium studiis liberum subjicere judicium volebam, ex ipso Platone Platonem explicaturus, aliquanto Philosophi scripta attentius evolvere incepi. Nec displaceuit hæc Platonicæ & Aristotelicæ Philosophiæ conjunctio meis auditoribus, qui publice prælecta publice quoque pro disputacione repeti hinc desiderabant. Nolui illorum studiis & laudabili desiderio deesse. In quo tamen id mihi potissimum incumbere judicavi, ut illis ostenderem, quis in Philosophia Practica usus foret hujus de *Idea boni* Philosophiæ Platonicæ, partim ne inutili rei vanæ & ineptæ cognitioni videremur æque vanum tribuisse laborem, partim ut specimen haberent, ad cuius imitationem & alia à Platone disputata in suum usum convertere scirent, quod cum in *Idea boni*, rei, ut aliis videtur, inutilis explicatione præstitum sit, in aliis dogmatibus explicandis æquè facile succedet, non quasi Platonicam introducere vellem Philosophiam, vel rejecto Aristotele Platonem potius sequendum esse existimarem, sed ut utriusque scriptis recte scirent uti. De cætero oportet, ut bene *Laetans* monet, in ea re maxime, in qua vita ratio versatur, sibi quemque confidere, quoq; judicio, ac propriis sensibus niti ad investigandam & perpendendam veritatem, quam credentem alienis erroribus decipi, eamquam ipsum rationis expertem. Dedit omnibus DEUS pro virili portione sapientiam, ut & inaudita investigare posset, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus anteceperunt, sapientia quoq; anteceperunt, quæsi omnibus equaliter datur, occupari ab antecedentibus non posset. Illibabilis est tanquam lux, & claritas solis: quia ut solo oculorum, sic):():(sapien-

DEDICATIO.

Sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est veritatem querere, omnibus sit innatum; sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo iudicio inventa majorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod majorum nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur: aut illi desipuerint, quia majores nominantur.

Cæterum NOBILISSIMO TUO NOMINI, DOMINE CONSUL LONGE AMPLISSIME, ut hoc Philosophiæ Platoniciæ specimen inscriberem, non una me movit causa. Tacebo privata, quæ sola sufficerent, ut pio quodam cultus debiti monimento celebrarentur, ni Publica id peculiari sibi deposcere viderentur jure. Difficillimis quippe temporibus non solum Academiæ nostræ curam, sub SCHOLARCHÆ elogio & tiru-
lo, sed & mox DEO dirigente, & suffragiis Patrum ita consentien-
tibus, Reipublicæ Argentoratensis CONSULATUM TIBI im-
poni passus es. Merito proin & Reipublicæ & Academiæ gratu-
landum est, quod DEO TER OPT. MAX. ANNUENTE,
CONSULE ET SCHOLARCHA JOHANNE LEONHARDO
FROEREISENIO, PATRIÆ ET ACADEMIÆ AUREA PAX
RURSUS ILLUCESCERE INCEPERIT. Primitiæ itaque me-
liorum temporum, cœlum bona spes monimentum, ut à me TIBI of-
ferantur æquum est. Æstimabis exiguum hoc, quod debeo, pro
affectu, quo haçenus me æstimare solebas. Faxit DEUS Ter
Optimus Max. ut sub auspiciis Tuis & Respublica & Academia fel-
licissime resurgent, & FROEREISENIANA MERITA AM-
PLISSIMA majori indies incremento quotidie illustriora fa-
cta, perpetuam sui memoriam apud seros posteros relinquant!
Fiat! Fiat!

il veritatem
i fine allo jo-
e duncuntur.
eri posse, ut
runt, quis

OMINE

hi & Pla-

i Ta-

debitū

scere

lum

itu-


en-

m-

ru-

D

Y



DE IDEIS PLATONICIS

ad I. Ethic. Arist. 6.

EXERCITATIO.

§. I.

Secundum Onsideraturus An, & quo-
modo in Ideis Summum hujus vitæ be-
num, ad quod suis viribus homo conten-
dere potest, *Plato*, cuius quidem Philoso-
phiam, censura non satis æqua, perniciosa
humana vita instituta continere *Zenobius*
Acciajol. a) opinatur, posuerit, non id ^{a)} Prolog.
mihi arrogo, quasi decidere primus pos-^{in Theodo.}
sem quæstionem, circa quam præstantissima quæque hactenus ^{Theopaeut}
dissenserunt inter se ingenia: Cum *M. Antonio Mureto*, b) cu-^{ap. Theo-}
jus cum *Turnebo* c) judicio egotantum tribuo, quantum mibi ar-^{dor. t. iv.}
rogare non ausim, ingenue profiteor, quod quæstio de Ideis tam ^{Opp. f. 460}
multis sit, tamque variis dissentientium inter se eruditissimorum homi-^{b) Comm.}
num agitata contentionebus, ut si quis hodie in eum arbitrum se ac dis-^{in Ethic.}
ceperatorem idoneum profiteri audeat, vix illo pacto apud cordatos, &c. c) Adver-^{Arist. p. 28.}
harum rerum intelligentes homines impudentie, aut potius temeritatis ^{farr. l. 21.}
notam effugere posse videatur. Non tamen mihi vicio verti posse
credo, si explicaturus cap. 6. I. Ethic. ad Nicom. Philosophi,
quo contra *Platonem*, & qui eum sequuntur, disputatur, ex ipsis
Platonis quæ supersunt scriptis, aliorumque qui virum hunc ma-
gnifice-

A

gnifecerunt sententiis, locum hunc illustravero, Platonicamque Philosophiam cum Peripatetica haec tenus conjunxero, ut qualis sit *Aristotelis* disputatio appareat.

§. 2. Quanquam vero non indocti existentia viri, Philosophiae morali non satis firmum, minus solide disputando, subministrare Platonem fundamentum, ex iis tamen quæ apud Philosophum hunc disputantur, eum qui practico præditus est judicio, dijudicandique vera à falsis facultate gaudet, multa quæ practicæ Philosophiae explicandæ inserviunt, utiliter repeti pos-

d) Com. in se credimus, quanquam uti B. Baetlero d) etiam visum fuit, nemo Grot. Praef. in hunc usq; diem satis hoc auctore ad hoc argumentum usus fit. Li-
p. 12. *cet etiam disciplina Ethica, non ad eum modum, monente David*

e) Prodom Mevio e) viro doctissimo, ab Aristotele tradita sit, nec ita plene, I. Comm. ut ad jurisprudentiam sufficit, qui eidem hoc nomine Ciceronem, Insp. 9. P. Senecam, Plutarchum, præterre non dubitat, non tamen cum 483.

f) Epist. Pufendorfio f) ceu ieiunam ex scolis exturbandam esse dicimus, contr. Bek. cum sua laude cœlegium istud doctæ Antiquitatis monumen- man. p. 27. rum privari non posse, non mihi eruditus ostenderit doctissimus

g) Introd. Rachelius. g)

in Arist. Eth. Nic. c. 8. seqq. §. 3. Nostræ autem de Ideis Commentationis hic erit sco-

pus, ut ostendamus, Philosophiam Platonis de Idea boni, quam noster quidem it impugnatum Philosophus in Nicomachicis, adeo incongruam non esse, quicquid sit de separata ejus extra divinum intellectum, & à singularibus reali & seorsim se habente existentia, de qua sibi ipsi nostri satis constare videtur Plato, sed ferè cum Aristotele in definienda beatitudine convenire, cum & ipse eam in exercitio boni, h.e. virtutis ponat, et si accuratam ejus & idealem cognitionem prærequirat, & discipulo sublimius & divinitus philosophetur. Velle enim judicamus hoc Platonem: Neminem bene posse agere & vivere, nisi accurate & perfecte sciat, quid bonum, honestum & pulchrum sit, & properea, ut honestam & bonam vitam agamus, in qua ista cum D'E O assimilatio consistit, ad quam omnes homines contendere decet, ante oratione è annidendum esse, ut Ideam boni, h.e. quid bonum & honestum in se sit, & in quo ratio eius propria, & natura consistat, cognoscamus, ut inter honestum & turpe discernere, id quod bonum est, Deoq; nos similes reddite, sectari,

sectari, eligere, honeste agere, & deniq^{ue} beate in hac quoque vita vivere possumus. Ut sic recuperemus beatitudinem, quam olim in cœlo, antequam anima nostra in hac inferiora delaberentur, nos habuisse singit.

§. 4. Questionem itaque propositam ut discutiamus, quid de ea aliis videatur, primo considerabimus. Aristoteles h) b) i. Ethic. disputatus contra Platonis Ideas, non integrum Præceptoris Nicom.c.6 fui vel de summo bono, vel de Ideis explicat sententiam, sed quæ præ aliis taxari & confutari posse credebantur, tantum adfert. Imo ἀριστοτέλης alibi usurpatam, & ingenium Aristotelis subtile, rationem item docendi, qua παχυλώς καὶ τύπῳ i) h.e. minus ex- i) l. Eth. 2. qnissit k) se doctrinam morū propositurum dicit, consideranti, & s. populari discursu exagitare potius, & exofas reddere voluisse Ide- k) vid. Gi- as Platonicas, quām apodicticis argumentis confutare, Philoso- fan Com. phum videtur. Quo nomine etiam Græcus Aristotelis inter- in Eth. A. pres Enfrat. l) insignis Peripateticus, studio veritatis inductus, l) Com. in sicut profitetur, cavillatorie & captiose eum contra Platoneum di- 1.Eth. 6.c. sputasse contendit, eumque propterea refellit, quem etiam callide verborum præstigiis lectori imponere, insidiose item & obtre- Elatiorie loqui, Joachim. Camerar. m) notare non dubitavit. Sa- m) Com. ne si similia inter clarissima quæque contingere sèpius videmus h.l.p.46.48 ingenia, qui tale quid ab Aristotele, homine Gentili, si ejus for- tunam & gratiam qua apud potentissimos plurimum valebat re- ges, Philosopherum item priscorum ambitionem, contentiones, ænulationes, indeque natas inimicitias spectemus, plane alienum fuisse credi potest? etsi quod tam acrem censuram mereat- tur, latis nondum nobis probatum videatur.

§. 5 Appellantur autem Aristotelis in nostro capite Idea non hac solum appellatione, sed & τὸ καθόλου universale dicuntur, quod & in Metaphysic. n) factum est. Universale autem n) i. Me- non in re, nec post rem, sed ut Enfrat. o) loquitur, πρὸ τὸν πολ- taph. 6.6. λῶν, οἱ πρεμετειςκός αὐλῶν, κάνσιον πρὶς αὐλὸς δε χομέρων τὴν ὑπαρξίαν, o) Com. ante multa præexistens, sic ut multa ab eo existentiam accipiente. c.l. Sic vero dici ait, quia est à multis que ad eius imitationem facta sunt abstractum. Vocantur etiam τὰ εἰδῆ species. Nam & hæ Pla- toni ex Aristotel. p) explicatione sunt exemplaria, quibus caccra p) i. Me- partici- taph. 7.32.

participare, ceu ex his quibus contra Magistrum disputat verbis colligitur: τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα dυτά (εἰδη) ἔιραι, καὶ μελέχειν αὐτῷ τὰλα κενολογεῖν εἰς καὶ μελαφοράς λέγειν τοικιάσε τι γὰρ εἰς τὸ ἔργα ζόμενον πρὸς τὰς ιδέας ἀποβλέπετο; dicere vel exemplaria species esse, & cetera eis participare, vaniloquia, & metaphoras poeticas dicere est. Quid enim est, quod agit, ad ideam inspiciens? Etsi vero successu temporis Platonicī species ab Ideis distinxerint, quos

g) Epist. 58. & Seneca q) secutus quid intersit, inquit, inter ideam sc. & εἰδῶλον queris? alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta & operi imposita. Alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: Hac est Idos, habet aliquam faciem exemplar ipsum, quod intuens opifex, statuam figuravit: hac idea est: Etiamnum aliam desideras distinctionem: Idos in opere est, idea extra opus: nec tantum extra opus est, sed ante opus: apud Platonem

r) Com. in tamen hæc non distingui observavit Muretus: r) unde multo magis vulgo Ideas etiam species rerum dictas fuisse recte creditur. Vocabantur præterea αὐλοίκασαι. Sic enim nosfer: αὐλοίκησε δὲ τις τι τοῦ καὶ βιλούτου λέγειν αὐλοίκασον, dubitet vero quis merito, quid sibi veli apud illos ipsum quidque, ut verit Lantibus, per se unum quodque, ut interpretatur Ricobon: vel ipsum quodque, ut Argyropyl Byzant. versio habet. Et clara res est ex ipso

p. 88. Platone, s) qui suas ideas sic appellat, ut significet, se loqui de rerum natura in se spectata, qua immutabilis & incorruptibilis est, de qua singularia, quæ sunt caduca, fluxa, participant, & ad quarum exemplar per imitationem facta sunt, cum ipsa idea non ita producta sit, sed id quod est, per se sit.

s. 6. De re ipsa verò loquendo, quid Plato per Ideas intellexerit, Aristotel. sic explicat: Nimirum sicut aliarum, hominis, equi, non tamen omnium rerum; nam οἱ κομισταὶ τὸν δέξαν ταῦτα, εἰς ἑαυτὸν ιδέας εἰσὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἵλεγον. Sibut εἰδὲ τὴν ἀριθμὸν ιδέαν κατενδαλον, qui hanc opinionem venditarunt, non faciebant earum rerum ideas, in quibus prius & posterius aliquid esse dicerent: quam ipsam etiam ob rem numerorum ideam non constituebant: ita ipsius quoque boni esse aliquam ideam, eamque μιαν θανατον, quam κοινὴν τι καθέλε, καὶ το, commune quid, universale & unum propterea appellavit. Primum etiam bonum esse

esse in *Eudemius* s) tradit, & aliis sua bonitatis causam, ita ut par- s) Eudem.
ticipatione primi hujus honi, revera bona ipsa sint & existant. Sic c. 8.
enim loquitur : αὐτὸς δ' εἶναι τὸ ἀγαθὸν ω̄ ὑπάρχει, ποῦ δὲ πρώτῳ
εἶναι φύσις ἀγαθῶν, καὶ ποῦ αὐτὴ, τῇ παροστῇ τοῖς ἄλλοις τῷ ἀγαθῷ εἶναι.
ταῦτα δέ ὑπάρχει ἀμφότερα τῇ idēa τῷ ἀγαθῷ. λέγω δὲ ἀμφότερα
τὸ τ πρώτον φύσις ἀγαθῶν, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αὐτοῖς ἀγαθοῖς, τῇ παρ-
οστῇ τῷ ἀγαθῷ εἶναι. μάλιστα τε γὰρ ταῦτα λέγεται καὶ εἰκόνεις ἀλη-
θῶν: καὶ μελέχην γὰρ καὶ εἰκόνα, τὰλλα ἀγαθὰ εἰκόνεις εἶναι, καὶ πρώ-
τον φύσις ἀγαθῶν ἀναπομένει γὰρ τῷ μελέχομένι, ἀναπομένει καὶ τὰ μετέ-
χοντα, τῆς idēas, καὶ λεγόται ποῦ μελέχειν εἰκόνεις, ipsum bonum esse,
quod εἶ primum sit, εἶ alii sua bonitatis causa, quorum utrumque
idea bona competit. Utrumq[ue] dico, εἶ primum esse εἶ causam bono-
rum quibus adfuerit. Juxta hunc enim bona maxime dici, ut que
participatione, similitudineq[ue], hujus primiti boni, revera bona εἶ ipsa
existant. Sublata enim idea, participantia quoque auferri:
quippe que ex eius participatione nomen boni sortiuntur. Bonum
hinc in idea positum, ἀγαθὸν καὶ τὴν idēa, perse tale, & μάλιστα
ἀγαθὸν maxime bonum dicitur, t) ceu cuius participatione bona t) Magna
alia constituuntur, quodque ipsa ratio & forma boni est. Sem-
piternam etiam, dīdīον, hanc ideam esse, item χωρίσθε τὸ ἀυτὸ-
νοῦ ἀντίκειν πάντα ab aliis sejunctū, εἶ ipsum perse existens. Un-
de alibi u) contra Platonem disputans querit: τῶς ἦ αἱ idēas, u) i. Me-
diata φύσις τραγουάτων εἴται, χωρίς εἰτε; quomodo idea cum rerum sub-
stantia sint, separata fuerint: Rursus: x) φύσις καὶ τραγουάτων οἱ idēas x) 7. Me-
ταξὺ τοῦ πατέρος καὶ χωρίσης, singularium, ut ajunis, idea est, εἶ separata. taph. 15. 33.
Et de hac idea boni, bonoque hoc maxime in idea posito disqui-
tendum esse, quando de bono summo & optimo dispicitur. z) z) i. M.M.

9. 7. Alii vero ex veteribus doctrinam Platonis de Ideis & c. 1.
summo bono aliter explicarunt. Cicero a) ex mente Platonis a) i. Acad.
distinguit inter summum bonum, quod ad primam philoso- qq p. male.
phandi rationem, quae est de Vita & Moribus, refert, & Ideas.
Summum bonum, quod dicebant esse extremum rerum expēndarū
εἶ finem bonorum, ajebant adeptum esse omnia ē natura εἶ animo
εἶ corpore. Ideas autem pertinere docebant ad tertiam Philoso-
phie partem, qua erat in ratione εἶ differendo. Mētem, cujus ha-
erant nobiliores operationes, volebant rerum esse iudicem, solam
A 3 censebant

ensebant idoneam, cui crederetur, quia sola cernere id, quod semper esset simplex, & unius modi, & tale, quale esset, hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam; nos, addit, recte speciem dicere possumus. Ex quo patet, secundum Ciceronem, Platonem per ideas intellexisse ipsam rationem rei essentialis, aeternam & immutabilem, in omnibus ejusdem naturae singularibus existentem, qua aliquid id quod est constituitur, quæ tamen num *universale anterem*, an *universale in re dici debeat*, à Cicerone non perspicue exprimitur: Nisi forte dicere velis, eum de Ideis Platonis loqui ad mentem Stoicorum, de quibus Plutarch. b) *Φ. de Plac.* Phil. 1. 10. Στοιχεῖον, inquit, ἐρροῆπα τὰς ιδίας τοασαν, Stoici nostra mentis conceptum idealium nomine intelligunt. Alibi c) hinc sic loquitur: *Ut in formis & figuris est aliquid perfectum & excellens, cuius ad excogitatum speciem imitando referuntur ea, quæ sub oculos ipsa cadunt: sic perfecta eloquentia speciem animo videmus, effigiam auribus querimus.* Has rerum formas appellat ideas ille non intelligentis solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor, & magister Plato: easq; digni negat, & ait semper esse, ac ratione, & intelligentia contineri: catena nasci, occidere, fluere, labi, nec dantis esse uno & eodem statu.

§. 8. Stoicorum sapientissimum Senecam supra quidem *Epist. 65.* audivimus, alibi d) tamen explicatius loquentem audire non piget, Plato, inquit, *adjecti exemplar, quam ipse idealum vocat: hoc enim est ad quod respiciens artifex, id quod destinabat, efficit.* mox: *Hac exemplaria rerum omnium DEUS intra se habet, numerosq; universorum qua agenda sunt, & modos mente complexus est.* Plenus his figuris est, quas Plato Ideas appellat immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaq; homines quidem percurent; ipsa autem humanitas ad quam homo effingitur, permanet, & hominibus labo-
e) t. 2. opp. ranteibus, invenientibus, illanib; patitur. Consentit Plutarch. e)
de Plac. cui idea Platonis dicitur, ιδία ἀσύμβολη εἰ τὸν ῥηματικὸν τὸν
Phil. 1. c. 3. φαντασίαν τῷ Θεῷ natura corporis expers, in conceptis mentis & ima-
& 10. ginationibus DEI. Alibi f) Platonem θεραπευata ἡ idias τὰ
f) qq. Pla. γιατονίbus DEI. Rontà τὸν αἰδηνός, ὅταν εἰνών οὐ εὔδειν, sensillum rerum tan-
quam formarum in materia expressarum ideas & exemplaria esse no-
tiones mente conceptas statuere tradit.

§. 9. Ex

§. 9. Ex ipsius Platonicius L. Apuleius g) Ideas, i. e. formae g) de omnium simplices & aeternas esse scribit, nec corporales tantum. Esse Dogm. autem ex iis que Deus sumpserit, exempla rerum quae sunt, eruntur; Plat. p.m. nec posse amplius quam singularium specierum singulas imagines in exemplaribus inveniri, signentiumq; omnium ad instar cera formas & significationes ex illa exemplorum figurazione signari. Paucis vero interjectis, has formas rerum illo essentiarum ordine locat, quae sola cogitatione percipiuntur, & mentis oculis comprehenduntur. Antiquior Apulejo Philo, Judæus licet, Platonicae tamen doctrinæ, & dicendi generis, imo Suidah testimoio, πάσον εἰλητικόν παθετικόν b) Phil. et ets, ita sciens, ut diceretur: ή Πλάτων φιλοίζει, ή Φίλων πλαίσιζε, aut Plato Philonizat, seu Philonem emularuntur, autem Philo platonizat, ut Photinus i) memorat, de artium quoque & virtutum ideis, ea- i) Biblioth. rumque aeternitate, διπέρ, inquit, μετική τινς ἡ γραμματική τε Cod. 105. λαττικάτΩ, ὃ μὲν ἐν τοῖς ἀνδράσι μετική καὶ γραμματικὴ συνε- f.m. 151. δασις, αἱ δὲ τύτων ιδεαὶ μένουσι, καὶ τρόπον τινὰ βίστιν ισχρότοι τοῖς κόσμοι, καὶ ἀστοῖ τε ὄντες καὶ οἱ μίλλοις διαδοχῶς ταῖς έσται μητικοῖ τε καὶ γραμματικοῖ γενίσονται, ὅταν καὶ τὸ ἐν τινι φρένιμον, η τὸφρόνος, η ἀνθρώπον, η δίκαιος, η συνθλως σοφὸς ἢν ἀναγενθῇ, θέλειν ὑπερ- εν τῷ τε παντὸς ἀδιάνατῳ φύσει φρόντοις ἀδιάνατΩ, καὶ ἀρετὴ σύμ- πασσα ἀρετῆτΩ ἐσηλίτθεται, καὶ ὃν καὶ νῦν εἰσὶν ἀστεῖ τινες, καὶ ἀνδεις γενίσονται. sicut post obicium cuiusdam aut grammatici mu- scica, grammaticag, horum cum ipsis periret, sed idea manent harum artium, duratura una cum mundo in perpetuum, iuxta quas presen- tes posteriq; sicuti musici & grammatici: ita etiam singularium pruden- tia, temperantia, fortitudo, justitia, aut in universum sapientias collatur, nihilominus in hujus universi natura immortalis prudentia immortalis & virtus omnis incorruptibilis insculpta est, iuxta quam & nunc probi censemur, & erunt in posterum, quae in sequentibus simili ab annulo signatorio, formis per illum expressis abolitis, illæso remanente illustrat. Juratus ille quidem Christianorum hostis, qui Gallieni Imperatoris aetate potissimum inclinavit, in- signis tamen Platonicus Plotinus, magistri sui mentem explicans, interprete Marsilio Ficino ideas passim in divino ponit intellectu, quas hujus notiones & conceptus esse affirmat. Has autem ideas menti non tanquam tabula picturas adscribit, sed tanquam generi species

¶) Ennead. species adhibet; k) quod sic explicat Ficinus: i) Una ibi intellectualis
2. l. + c. 4. natura est quam intellectualitatem (ut ita dixerim) aliquis appellabat;
t) l.c. in qua omnes species i. e. idea convenienter tanquam generali natura;
differunt vero inter se per varios intellectualis seu intelligentia mo-
dos: non tamen (ut ita loquar) notionales: sed etiam efficaces,
seminariæ virtutis instar. Formales autem ejusmodi mode
differentieq; velut forma quadam particulares accedunt ad naturam
ipsam intelligentia generalem ad species ideales concipiendas. Nimi-
rum cum uno & indivisibili actu divinus intellectus seipsum in-
tuens omnia attingit cognoscendo, una hoc nomine in Deo po-
nitur idea, quam Plotinus pulchrum passim appellat, quia quo
perfectius nos rem ut suæ, quam primo in Deo habet, ideas re-
spondentem cognoscimus, eo pulchrior nobis videtur & appella-

m) Ennead. tur, unde esse & pulchrum idem ei dicitur: m) Quatenus autem
3. l. 9. c. 9. actus sui infinitate simul omnes res, & omnium rerum essentias,

n) in Plot. sub propria quam habent ratione intuetur, sub multitudine eadē
En. 5. 1. 8. Platonis apprehenditur, ceu ex Plotino satis constat. Ficino n) di-
citur hinc divinus. intellectus sic in ideas se derivare, ne totus conser-
c. 4. tur in singulis, sed sub alia in aliis proprietate, nec tam dicendum esse,
ideas esse in intellectu, quam intellectu ipsum ipsas ideas existere:
omniformem videlicet ex uniformi seipso mirabiliter prodeuntem.

o) l.c. Illustrat hoc Plotinus o) exemplo caliper lumen suum germinantis,
p) de Amor. & in stellas, ut loquitur, coalescentis. Unde Leo Hebr. p) Ideas
Dial. 3. in simplicissima unitate consentes multiplicem ordinem, multiplicem-
que relationem tantummodo ad rerum procreatrarum diversas, diffi-
millimasq; naturas retinere, existimandas esse tradit.

§. 10. Ex Pythagoreis, qui & ipsi ante Platonem de Ide-
is disputatione, ut proin has illius inventum esse recte neget Gabr.

g) de Ideis Buracell. q) Author r) ille incertus Vitæ Pythag. Ideas Platonis
h. 1. in extremo mundi urbe locat, separatas hoc ipso extra DEum ha-

r) in Phot. subsistere, ut videtur, innuens: θεοί τάξεις εν τῷ ἄστρῳ φυσίᾳ
Biblioth. εἴη. τρίτην καὶ δέκατην τὴν ἀπλανή σφῦραν, εν τῇ εἰσιν οἱ τε πρῶτοι
f. 239. Θεοί, τοῖς οἰνοτοῖ Θεοῖς, τοῖς Αριστοτέλεις θοκοῖς καὶ δὲ Πλάτωνα αἱ ιδέαι,
ajunt in caelo duodecim esse ordines distinctos. Quorum primus &
extimus est inenarrabilis, seu firmamentum in quo DEUS primus, &
di intellexuales, ut Aristoteles placet, aut idea ex mente Platonis.

§. 11. Chri-

§. 11. Christiani Doctores, quibus magni olim Plato fuit
testimniatus, sequentia tradiderunt. *Iustinus Martyr s) Platonem* ¹⁾ Cohort.
ait dixisse, τετις ἀρχὴ τῶν ταῦλος εἴναι, Θεὸν γένη υἱὸν γένεσος. Θεὸν μὲν ad Græc.
τὸν τάντας εἰπεῖν, ὃντας δὲ τὴν ὑποχειμένων τὴν πρώτην τῆς γενετικῆς
γενέτην, καὶ τὴν πεδρασιν ἀντὶ τῆς δημιουργίας πρωτίσταν, εἰδος δὲ
τὸ εἶδος τῷ γενεύμαντος γενεγμα, tria univerxi esse principia. Denit,
Materiam *Eg* ideam: Denit quidem, conditorem omnium: mate-
riam autem, primarię rerum genitiarum generationis subiacentem, *Eg*
causam occasionemq; Deo creationis præbentem: Ideam porro creature
cujaq; exemplar. Mox addit, Platonem collocasse ēt τὴν πρώτην
σὺν ἀνταρτῇ τὸ ἐπαρθένον πλανήν σεῖρα τὸν τε πρῶτον Θεὸν, καὶ τὰς
ἰδίας, principem Denit *Eg* ideas in primo supremo cali, eoq; immobi-
lis orbe. Docet idem, t) Platonem, verbis scripturæ de Exemplari ¹⁾ ib. f. 222
Tabernaculi à Mose erigendi non recte intellectis, arbitratum el-
se, εἰδος τιχωριστι περιτάξειν τὸν αἰδητὸν prius ideam quādam se-
paratam, quam formam sensu comprehensibilem extitisse: quanquam
alibi u) Philosophum in suis opinionibus non satis sibi consti- ^{u)} f. 6.
tisse scriplerit, cum τῷ εἰδει ἀρχὴν idiorum πρότερον δεῖνος, καὶ καθ'
ἴαντὸν ἀτιαδὸν ἀποφίνει, ὃς επον τῷν νοίμασιν ἀντὶ τῶν τινας
λέγει, ubi anteā Idea proprium attribuisse ortum, *Eg* per seipsum consti-
tisse, sensubstantiam fuisse censisset, dein in mentis intelligentiis eam
ipsam effecit.

§. 12. Clemens Alexandrin. x) τὸν χώραν τῷ Θεῷ, regio- x) s. Strom.
nem DEI Platonem ait appellasse χώραν idēū, regionem idearum, ^{f. 583.}
cum à Mose accepisset enim esse locum, ut qui omnia *Eg* universa conti-
neat. Nonnullis autem interjectis, κόσμον τὸν μὲν νοντὸν, inquit,
τίδερον Βαβυλονικὴ φιλοσοφία τὸν δὲ αἰδητὸν. τὸν μὲν ἀρχέτυπον,
τὸν δὲ εἰκόνα τὸν καλλιέργειαν γενεγμα, mundum novit barbara
philosophia qui percipitur intelligentia, alterum vero sensilem: illum
quidem archetypum, hunc vero imaginem ejus, qui exemplar dicunt.
In isto mundo νοντὸν qui intelligentia percipitur, Platonem ait
reliquisse, ζῶν idēas animalium ideas. Unde Marfil. Ficin. y) y) in Ple-
Quicquid est, scribit, in mundo intelligibili species quadam est; *Eg* tui Ean. 6.
ipse totus est species constans ex speciebus. Docet idem z) Plato- ^{1.7. c. 93.}
nem dicere, τὸν δὲ idēū deponit in, Θεὸν εὐ αἰθεωτοις ζῆσεν. ^{z) 4. Strom.}
τὸν δὲ χώραν idēū, cum qui ideas contemplatur, viciturum esse Denit. ^{f. 537.}

inter homines: mensem autem esse locum idearum; τὸ δὲ, addit, εἰ Θεός.

a) Strom. Observavit præterea Clemens, a) quod Plato de *Summo Bono* § 417 seqq. differens, duplēcēt esse finētē dixerit, τὸ μὲν (τέλος) μετεύκλητον πρῶτον εἰς ἀνθρώπους ὑπάρχον τοῖς εἰσεστιν, εἰ δὲ καὶ τὰ γαδία προσονταζόμενον τὸ δὲ μετέχον εἰστιν, καὶ τὸν ἀπό τῶν δεχόμενον εἰσιντα, unum quidem id, quod est participabile, & primum in ipsis formis, quod quidem nominat bonum: alterum autem id, quod est illius particeps, & qua ab eo proficiuntur accipit similitudinem, quod quidem est in hominibus, qui virtutem & veram philosophiam sibi vendicant. Mox Platonem beatitudinem ponere ait εἰ εἴτε μη τὸ ἄγαδον, καὶ εἰ εἴσαιωσι τὴν πρὸς τὸν Θεόν, in scientia boni, & in ea que est cum Deo similitudine. Notavit idem, Philosophum ad beatitudinem requirentem studium veritatis, ut quis sit τὸν αἰνεστέον αρχὸν μέτοχον, veritatis ab initio statim particeps, quam in Phædro declaravit esse Ideam. εἰ τοῦ φυσικοῦ, inquit, τοῖς αἰνεσίας οὐ iδεῖς λέγων ὁ Πλάτων θηλάσση. οὐ δὲ iδεῖς, εννόητα τὸ Θεόν, in Phædro Plato veritatem declaravit esse ideam: Idea autem est Dei intelligentia. Haud obscure vero ex hinc pater, qualem, iudicio Clementis, boni & veri, seu ideae cognitionem Plato intellexerit, non mere nimisrum speculative, sed practice se habentem. Ideam nimisrum boni & veri, quæ in Deo est, cognosci debere, cœvitæ & actionum regulam, ab eo qui ad veram contendit beatitudinem, de quo etiam Euseb. b) videndus. Inter alios doctissimus quoque Cyrensis Episcopus Theodoreus c) consentit, Platonem dicens in suis legibus ostendere, τὸν μέλλοντα μετατίταρον καὶ εὐδαιμονικὸν τὸν αἰνεσίας θεόν εἰς αρχὸν μετόχον εἰσαγεῖ. Ιτ. IV. Opp. f. 483. τοῦ αἰνεσίου τοῦ δικτυαὶ τοῦ αἰνεσίου χειροῦ αἰνεσίας οὐ διαβίσιον, oportere enim, qui beatus felixque futurus sit, ab initio statim veritatis (quæ idea nomine venit) esse particeps, ut que plurimum tempus veritatis particeps vivat.

b) Prop. Evang. 12. 19. **c) t. IV.** **d) Opp. f. 483.** **e) de divin. Nomina s.** S. 13. *Pseudo Dionysius Areopagita, d) Platonicus autor, cum de Deo sat is prolixus egisset, tandem ad exemplaria, h.e. ideas delapsus, ηγετήτυμα δὲ ταῦτα, inquit, εἴναι τὰς εἰς Θεόν τὰς οὐτους εἰσιποιεῖς, καὶ εἴναις προσφεγότας λόγον, οὐ δὲ τολμούτα προσφεγότας καλεῖ, καὶ θεῖα καὶ ἀραδάθεληματα, πλὴν ὅπτων αἴροιστα τὰ συντικαὶ*

dominica, καὶ ἐστὶν τὰ ἄλλα πάντα καὶ προώπεις καὶ ταῖς γα-
μέναις, exemplaria dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum Εἰ-
unite preexistentes, quas dominus sermo vocat prædefinitiones, Εἰ divi-
nas autem bonas voluntates, rerum definitrices Εἰ effectrices, secundum
nota esse debeat; hunc autem cognosci vult, ut accurate & perfecte sciamus rationem honesti, pulchri & boni, quo reddamur felices, cum exinde DEUS quoque beatus sit, quia sanctissimus, sapientissimus, justissimus & omni perfectione eminentissimus est, cui nos proin assimilari, hoc est, sanctos & justos fieri oportet, si reddi desideramus beati; ut proin in *DEI assimilatione recte Summum Bonum* positum dicatur.

§. 31. Confirmatur nostra sententia ulterius, si quis *finitus* & *usus* *idearum* cum in genere, tum in specie *idea Boni*, ex mente Platonis sit, accuratius aliquantò attendatur. Accurate nimirum Philosopher, ut in aliis disciplinis, ita & in moralibus certitudinem investigans, demonstrationes quæsivit, quo nomine etiam ab *Aristotele* non semel pungitur, cui ista *ἀρχή* non place-

a.) Eth. 3. bat, qui *ταχυλῶς* potius *καὶ τύπον τὸ ἀληθινόν εἰδεῖν* (*u*) maluit. Uſus itaque & finis definitionum qui est in demonstrationibus Mathematicis, is quoque erat Platonis *idearum*, sic enim *Didymus*: x)

x) apud Eu- seb. Pra- par. Evang. ill. c. 23. *Tὸν καὶ φύσιν αὐτὸν, τὸ γένος ὡρισμένα τὰ ἄλλα εἶδει γρα- τα φάμενοι εἴτε τὰς ιδέας, ἢ τὰς ὅτινας γίνεσθαι καὶ τὰς ὄφε- λον, inquit, que pro natura sueratio sensibus usurpanter, certa quadam in quoq; genere ac definito exemplaria, que *Ideas* vocabat, Plato constituit, quibus propria cum scientia sum definitionis ratio compunctione; ἐτε τὸν αὐτιαν ὀντικον τὸν ἀληθινὸν εἴδει τίναι καλῶς, ἢ μὴ τίτον μεθέξει, ἐτε γνωστὸν τὸν ἀληθινόν, ἢ μὴ τῇ πρᾶξι ταῦτα ἀνασοφά: Negat enim aut ullius omnino rei causam commodè reddi posse, nisi qua harum communione nascatur, aut veri ullius haberi no- ticiam, nisi qua ad eaudem revocetur, ut pro Platone contra Aristotelem scribit *Atticus*; y) ut ex hinc proin manifestum etiam sit, Platonem de *Idea boni* sollicitum, primo non de bono in actu ex- ercito, de *DEO* scilicet, sed in actu signato, loqui.*

§. 32. Hanc *idearum necessitatem* & *usum* noster complu- tribus insinuat in locis, variisque eandem urget rationibus. Scientiam ubivis, & sic in Practicis quoque, experendam esse, eamque ex *Idearum cognitione* nasci, his docet verbis: z) ὁν ἔδοσε τὰς ἀρδετησίους δοξας, ὡς πάσαι αἰχματι; ἢ εἰ βέλτιστη τυφλαί ἢ δοκεῖ τι σοι τυφλῶν διαφέρειν εἰδὼς ερθες πορθμίουν, οἱ ἀρδετοι ἀληθεῖς τι δοξάζοντες; An nescis opiniones omnes absq; scientia. tur-

z.) 6. de Rep. f. 478.

per esse, quarum qua optima, caca sunt? An eos qui absq; intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet caci sint, recto rāmen tramite gradiuntur? Necesse ergo esse alibi a) docet, a) Phaedrō eum quicq; dicturus sit, veram in eare, de qua loquatur, intelligentia, quæ non nisi per ideas obtingere potest, habere; supra b) b) ibid. ita locutus fuerat: δει ἀρθεωτον Συνέται καλ' εἰδη θεούμενον; en f. 346.

τολλὼν ἵεν αἰδίοντες εἰς ἐν λογισμῷ Συναρχόντες. Oportet hominem intelligere secundum speciem, ex multis procedentem sensibus, in unum ratiocinatione conceptum. Unde & idea boni etiam causa cognitionis & veritatis dicitur. c) Singulare vero eum sint infinita & c) de Rep. mutabilia, unum aliquod, naturam nimirum communem, in qua f. 479c convenient, quæ perpetua & immutabilis est, respici vult, cum conscientia sicuternorum, eodem modo se semper habentium, & universalium; unde, τὸ δὲ ἀπειρον, inquit, d) οὐ ἔκαστον καὶ ἔκαστον d) Phileb. πλῆν θ., ἀπειρον ἔκαστον ποτὲ τὸ φρενί, καὶ τὸ ἐλέγχον, καὶ ἔναρθρον ἡ τὸ εἰς τὸ ἀριθμὸν ὑπέρ τὸν πάντοιο ἀπειρόντα. Quæ Ficim. ita reddit. Infinita autem singulorum & in singulis multitudo, vagum & incertumq; & rationis ac numeri reddit expertem, ut pote in nullum eiusq; terminum resficientem. Ante sic dixerat Socrates: Cum ex uno & multis constene universa qua semper esse discuntur, terminumq; & infinitum inmatum habeant, oportet nos his ida ordinatis unam semper ideam in uno quolibet generatim ponentes inquirere, & eam insteadam inventuros esse. Unde facultatem differendi tollit ait Parmenid, negatis rerum ideis, e) εἰ δή γέ τι, ωΣώκρατες, αὐτοὶ μη εἰσει εἰδη e) Parmen. πολλῶν εἴται, τις πάντα τὰ δὲ τὸν καὶ ἀλλὰ τοιάντα ἀποβλέψας, μηδὲ εργάται εἰδη θεού εἴται, οὐδὲ ὅτοι τρέψεις τὴν διάνοιαν εἴξει, μη τὸν ιδιαῖς τὸν εἴται εἴκαστον ἀντὶ τοῦ εἴται. καὶ ὅτῳ τὸν τὸ διαίτηδαι σύραμεν πεντάτοις διαθέτει. Si quis, οὐ Socrates, predicit rationib; motus, species rerum existentium auferat, neg, species ipsam uniuscujusq; distinguat, haud sane reperiatur, quo convertat intelligentiam, cum non permiserit ideam uniuscujusq; rerum existentium eandem semper existere, & in hunc modum differendi etiam facultatem funditus subverteret. Sublato enim subjecto demonstrativo, vel principiis demonstrationis, quæ sunt causæ scientiæ, non potest fieri demonstratio ipsa. Commentat etiam Plato f) ideas f) Phil. suas ceu unicum medium, à Diis datum, veritatem investigandi,

g) Phed. f. quas hinc supponendas demonstrationis gratia esse contendit, g)
 394 licet in rerum natura non dentur, quibus etiam, judicio Attici, h)
 h) apud Eu- omnem suam superstrūtum ivit Philosophiam.
 seb. Præp.
 Ev. 15. 13.

§. 33. *Practica itaque sive moralis quæ est disciplina*, cum
 ceu principiō nitatur *Idea Boni*, de Bono disputaturum necessariō
 ipsius boni Ideam accuratam oportere cognitionem habere con-
 tendit, ita ut quid Bonum & malum, honestum & turpe sit, dic-
 re talis nequeat, bene etiam agere & vivere, regulasque morum
 bene agendi præscribere non possit, nisi Ideam boni, hoc est, quid
 bonum & honestum in se sit, & in quo ejus ratio & natura confi-
 stat, probe cognoverit. Ad fidem hujus assertionis facienda in, è

i) 7. de Re- pluribus sequentia adduxisse sufficiat: i) ἐάν μὴ ἔχῃ διορίσασθε τὸ
 publ. f. 488. θυρα, ἀπὸ τῶν ἄλλων πάντων τὸν τοῦ ἀγαθοῦ ιδέαν, καὶ ὡσπερ ἐν
 μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγυχον διεξιὼν, μὴ καὶ δόξαν, ἀλλὰ καὶ σοίαν
 προθυμύμενον ἐλέγυχον, ἐν πάσι τέτοιοις αὐτῶν τοῖς λόγῳ διαπορεύin-
 ίαι, ἐπειδὸν τὸ ἀγαθὸν ἐδίν φάσις εἰδέναι τὸν οὐτως ἔχοντα,
 οὐτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδὲν; ἀλλ' εἰ πη τιδώλι τινὸς ἐφάσιεται,
 δόξην ἐκ δηιτημηφάττεται; καὶ τὸν νῦν βίον ἴνεροτολῦντα καὶ πνιγνώσκοντα,
 περὶ ἐνθαδὲ ἐξέγερες, εἰς ἄλλα περίτερα ἀφικόμενον τελέος ἀπικατα-
 δαρθάνειν. *Quicunq; boni ideam ratione definire non potest, à caeo-
 ris omnibus eam distinguens, & tanquam in prælio per omnia pene-
 trando, catena cuncta rejicere, non secundum opinionem, sed secundum
 substantiam arguens & refellens, perq; hac omnia stabili & inconcus-
 sa progrederi ratione: hunc Tu ita affectum, neq; bonum ipsum dices co-
 gnoscere, neq; aliud quicquam bonum: verum si quod forte simula-
 crum attigerit, opinione potius quam scientia illud attingere, acq; hac
 in vita insomnis dormitatem illudi, & antequam expurgiscatur, ad*

k) f. 481 ad inferos descendenter, extremo tandem occupari sopore. Supra k)
 l. 6. de Rep. dixerat: *ideam nosse oportere omnem, quicunq; sanamente quicquam
 p. 477. vel privatum, vel publice est acturus.*

l). Ethic. 6. §. 34. Contradicit Magistro discipulus *Aristoteles*, l) for-
 matque sibi hoc nomine objectionem, quæ ex versione Lambi-
 no-Bergiana ita habet: *Sed existimaverit fortasse quispiam, plurimum
 valere illius cognitionem ad ea bona, quæ possidere volumus, itemq;
 ad illud bonum, quod in actione versatur, comparandum. Iea namq;
 Platonii videatur, Nos habentes istud exemplar nobis propositum, fac-
 lius ea quoq; quæ nobis bona sunt, & cogniueros & consecuturos. Con-
 ceditque*

ceditque πιθανότητα μὲν ὅχει τινὰ τὸν λόγον, probabiliter quidem
hec dicit; addit tamen: δοκεῖ δὲ ταῦς δημόσιας διαφωνεῖν πάσαι
ἡ ἀγαθοῦ τινὸς ἐρίμεναι, καὶ τὸ ἐνδέες δηλύτονται, οὐδείποτε τὴν
γράμμανταν καὶ τα βούθημα τυλικοῦτον ἀπαντάς τοὺς τεχνίτας ἀγνοεῖν,
καὶ μηδὲ δηλύτειν, οὐκ ἔνδονται. Verumtamen a scientiis videtur istud
abhorre. Nam cum aliquid bonum omnes expectant, & id, quod de-
est, requirant, illius tamen cognitionem pratermittunt. Atqui mi-
nime est verisimile aut consentaneum, artifices omnes tantum adjumen-
tum fuisse ignoratores, ac ne requisitos quidem. Alibi m) ideam m) i. Eu-
non boni solum, sed & cuiusq; alterius rerū, inutiliter affirmari con- dem. c. 8.
tendit; nec esse χρήσιμον τις ζωὴν ἀγαθὴν, οὐδὲ ποτὲ τὰς πρᾶξεις,
utilem ad vitam honestam, nec ad actiones. Sed cum Plato non
tam de Idea boni, quatenus se habet finaliter, sed potius quatenus
se habet formaliter, hoc est, exemplariter; nec de Idea boni cuiuscunq;
sed moralis & pulchri philosophetur, discipulum non Ma-
gistrum, sed aerem ferire manifestum est. Imo sicut textor &
faber agunt secundum ideam artis suæ quam habent, ita qui in vita
humana bene operatur, idem facit secundum ideam & conce-
ptuoro boni moralis quod cognovit. Bene ergo rursus Plato à Gi-
fanio n) nostro allegatus, ut fatear non esse bonum humanum seu n) Comm.
πρακτὸν, ipsam ideam; erit tamen utilis propterea, quod ut exem- Eth. Arist.
plum propositum, si quis eam contempletur, eius cognitione seu contem- p. 45o
platione facilius bona πρακτὰ, seu humana cognoscet, & cognita affe-
quatur.

S. 35. Facile ergo jam explicari potest, quā ratione, quando de *Summo Bono* disquiritur, *Idea* quoque *boni* fiat mentio. Non sane hoc sensu, quasi in Idearum notitia felicitas posita o) l. 6. & 7. esset. Nam ubi de Republica agit noster, o) quibus disciplinis de Republ. & studiis imperantes instructos esse oporteat docens, ceu maxi- p) f. 477. mam & penitus necessariam doctrinam eis commendat p) ideam boni. ὅτι δὲ τὸ ἀγαθοῦ idia μέγιστη μάθημα, πολάκις ἀκήκοας· ἡ δὲ δίκαια καὶ ταλλα προσχεντάμενα, χρῆσιμα καὶ ἐφέλιμα γίγνεται. Se- pe audivisti boni ideam esse maximam disciplinam. Quā quidem & iusta, & alia si utantur, utilia & conducibilia sunt; cujus effati mox subjicit rationem: εἰ μὴ ἴστητε, ἄνδει δὲ τὰν την εἰ ὅτι μάλιστα ταλλα δημάρτια, εἰδὼ δὲ τοῦτο μηδὲν ὄφελοθε· ὁσπερ οὐδὲ εἰ κακτήμεθα τι, ἄνδει τῷ ἀγαθοῦ. Si ipsam neſtimus, & sine ipſa alia quam ma- xime

xime neverimus, scito nullam ex aliis nobis utilitatem fore: sicut neq^z prodeſſe nobis quicquam, quod sine bono poſſideremus. Cum itaque imperantes ſcire deceat, quā ratione ea quæ honesta, justa & bona audiunt, talia quoque ſint, quod ſufficienter non cognolcent. niſi bono prius, idea boni ſcilicet, cognito; ut beata reddatur illorum imperio civitas, illius ſibi comparent notitiam neceſſe eſt. Unde cum propter felicitatem hujus vitæ cognosci debeat Idea boni, non in hujus cognitione illam ſitam eſſe maniſtum eſt. In-telligenti enim vim ad intelligentium porrigit boni Idea, ſcientia & veritatis, qua per intellectum percipitur, cauſa. q) Noffe, hinc in-fert, r) ideam hanc, oportere omneum eum, quicunq^z ſana mente quic-quam vel privatim, vel publicè eſt acturus. Ita mentem Plato-nis etiam Atticus explicat: s) Συνιδάρ ὁ Πλάτων ὅτι εὶς ἡγε-ſ. 479. mανίαν τοῦτο συνιδάμενθ̄, φεί ταῦτα φησι καὶ τὸν τύπον τὸν σοφίαν εἴς τὸν συνιδάμενθ̄, φεί ταῦτα φησι καὶ τὸν τύπον τὸν σοφίαν εἴναι καὶ τὸν δημήμον, διὸ τὸ ἀνθεώτιον τέλοθ̄ καὶ οὐ μα-ſ. 481. ad. κακεῖν βιονθ̄ θεογόνειαν. Notiones illas nec videri facile, nec oratione ſatis explicari poſſe, cum animadverteret Plato; is quantum vel dicen-do vel cogitando mens humana conſequi, ac ceteris qui ad eam poſtea cognitionem aspiraturi eſſent, coſmonſtrare viam poſterat, ipſarum in-tratationem incumbens, & cunctas eo revocans Philosophia ſuas ratio-nes, in iis demum earumq^z notitiam ſapientiam ac ſcientiam poſitas eſſe defendit; que nos in humani finis & beatæ vita poſſeſſionem immie-tant. Neceſſitate hinc talem induci affi-mat t) Plato, nimirum, ne quis ea qua illuc intuetur, ad mores hominum privatum & publice transferat, neq^z ſe tantum, ſed & alios formet; additque, Civita-tēm fore beatam, ſi dūlin διαγένεται τὸ θεῖον θεογόνειον μα-μενοι ζευπάροι; ſi eam qui divino utantur exemplo pittores forment. Ex quo conſtat, Ideam hanc boni Platonicam non ſpeculativam ſed Practicam inferre cognitionem, cum illam ideo cognoscere homo debeat, ut in agendo ſemper ceu normam bonum reſpiciat, & prudenter in actione applicet.

- g) ibid. f. 479.
r) 17. de Rep. f. 481. ad.
s) apud Eu. ſeb. l.c. ſ. 475.
t) f. 475.

§. 36. Quanquam vero divinus noster Plato, *sublimis aper Philosophorum non immerito u) Arnobio dictus, quid bonum sit, u) i coact.* & in quo ejus consistat ratio, admodum parce definiverit, per Gent. paa. *pulchrum* tamen illud declarat, diciturque *idea boni ei pulchritudo.* 13. *An majus, inquit, x) quid esse putas, fine possessione boni alia x) 6. de Rep. omnia possidere, n τάντα τάλλα φορεῖς ἀρδ τὸ ἀγαθό, καλὸν δὲ καὶ f.m. 477. ἀγαθὸν μηδὲν φορεῖς. In Phædro y) rationem hominis rectam, y) f. 344. eqi; congruam voluntatem, comparat i τῷ καλῷ τὸ ἀγαθό, ego*
pulchro & bono; dein explicans, quo pacto animæ in cœlo cum
DEO ambulantes, extra tandem progressæ, & in cœli dorso con-
sistentes, ea quæ sunt extra cœlum, ideas scilicet, intueantur, con-
templando scilicet, conspiciantque ipsam justitiam, temperan-
tiam, scientiam, quæ tales, vidisse eas dicit z) καλὸς λαμπτὸν, z) ib. f. 345
pulchritudinem clarissimam. Quam pulchri & pulchritudinis
vocem aliquoties ibi repetitam observare licet. In Philo b) ita a) f. 94
loquitur: καλοὶ οἱ γειτναὶ ὑμᾶς οἱ τάγαθοι δύναμις τὸν τὸ καλὸν φύ-
στε. μέλιστας δὲ καὶ ξυμετέρα, καλὸς δίπτον καὶ ἀρετὴ ταῦτα καλαχὸν ξυμ-
βάντε καὶ νέος. Nos ipsius boni potentia in naturam pulchri se trans-
ferens clam fugit. Mensura enim commensuratio qd pulchritudo pla-
ne ac virtute ubiqꝫ sit. Unde Clemens Alexandrin. b) μάρτυς ο σπου. b) Pædag. 2.
δαὶ καλὸς καγαθὸς εὐλογὸς εἰσιν καὶ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθό, δογματ. 12. f. 208.
ζεῖται, is filius qui est virtute prædictus, is verè est pulcher, bonus & ho-
nestus: & solum quod pulchrum est & honestum, bonum esse statui-
tur. Plotinus c) Pulchrum & bonum idem, inquit, similiqꝫ via & c) Enne. I.
pulchrum & bonum quarendum est, simili quoqꝫ & turpe & malum; 1.6. c. 6.
quo nomine etiam sicut virtus quæ in nobis est expressa esse de-
bet, quantum creaturæ ratio permittit, ad sanctitatem quæ est in
DEO, ita & Sanchuniathon Phœnicum scriptor d) Pulchritudinem d) Euseb.
Cœlestiam esse tradidit, divinam ejus insinuans originem. Recte Præp. Ev. L
autem ipsum bonum idem quod pulchrum esse dicitur, & per pul-
chrum explicatur; pulchritudo enim consistit in concinnitate
quadam, commensurata item proportionataque gratiola conde-
centia. Hac bonum & virtus non caret; polita quippe virtus est
in mediocritate, ἐτα τῷ πρῶτον ὑμᾶς, ὁρισμένη λόγῳ, καὶ ἡ
ἡ i. φόνιμος ἵπτεται; illa, qua ad nos secundum rectam rationem, pro
judicio viri prudentis, uti Aristoteles loquitur, e) commensurata & e) 2. Ethic.

F propor- e. 6.

proportionata non semper Arithmeticā, sed ut plurimum Geometricā proportionē, qua, dum concinna quadam temperie unicuique suum tribuitur, gratosius in vita humana nihil esse potest.

- f) in Plo. Ficino f) dicitur hinc non inepte pulchritudo, blanda boni facies.
Eandem honesti pulchritudinem, & commensurationem, ut Plato
ad. I. i. 6. loquitur, prædicat Cicero g) Ratio, inquiens, pulchritudinem, con-
c. 2. stantiam, ordinem in consilio factisq; conservandum patrat: cavatq;
g) a. Offic. p. 463. no quid indecora, effeminatae faciat: tum in omnibus, & opinioni-
bus & factis, ne quid libidinose aut facias, aut cogiter; quibus ex re-
bus conflatur, & officiis id, quod querimus, honestum: quod etiam si
nobilitatum non sit, tamen honestum sit; quodq; verè dicimus, etiam si
à nullo landetur, laudabile esse natura. Formam quidem ipsam,
Marce fili, & tanquam faciem honesti vides: que, si oculis cerneretur,

- b) Phœdr. mirabiles amores, (ut ait Plato h) excitaret sapientie. Ex Stoicis
fol. 346. Arrian. i) Quod canem facit pulchrum, id equum turpem: & quod
fol. 3. Epict. equum pulchrum, id canem deformem; siquidem eorum naturasunt
c. 1. diversa. Probabile est. Quod enim pancratia statim pulchrum facit,
hoc palastriam non bonum facit, cursum vero etiam valde ridicu-
lum. Et qui quinquerio pulcher est, idem in lucta turpissimus fue-
rit. Sic est, inquit. Quid ergo pulchrum facit hominem? Nunquid
ipso genere illud, quod canem & equum? τὶ δὲ ποιεῖ κύνα καλὸν; οὐ
άρετὸν οὐ κυνὸς παρεῖται τί ἐστιν; οὐ πάλη τοῦ παρεῖται τί δὲ
άρθρωτος; μηδὲ ποδὸς οὐ αρθρώτης παρεῖται; οὐδὲ σὺν οὐρᾷ οὐ δέλει
καλὸς εἰναι ρεατόντες, τότοις εἰπόντες, τὸν πάλην τὸν αρθρωτικὸν. Quid
ergo pulchrum facit canem? Virtus canis si adsit. Quid equum?
Virtus equi si adsit. Quid ergo hominem? Virtus opinor hominis si
adsit. Ecce ergo adolescentule, si pulcher esse vis, in isto elaborato, ut
virtus humana sis preditus. Que autem illa est? Vide quosnam
ipse laudas, cum sine affectu aliquos laudas, inforasne an iniustos & ful-
los. Utrum modestos, an intemperantes? Modestos. Continentes
an incontinentes? Continentes. Ergo si talem præbueris, scies te pul-
chrum fore. Quoad autem hoc neglexeris, turpem te esse necesse est,
etiam si ad exornandam formam nihil prætermiseris. Pertinet huc
Stoicorum istud Paradoxum: SOLUM SAPIENTEM ESSE
- k) Manud. PULCHRUM, Lipsio k) pluribus explicatum. Ex Patribus
ad Phil. Isidorus Peloponnesi eadem docuit: Οτι τοις απόβλεψις χ' υπερ-
Stoic. 3. 17. καλού
- l) I. 2. Ep. 7.

παλὸν τὸ σωφροῦντος καὶ λόγος θεατῶν, οὐκ ἔδειπάδη τῷ φέλτερῳ,
οὐτὶ ἀνέρας τῷ πατέρι πατέρι εἶμοι κρίτη γεγράφθω. *Quisquis vi-*
fendam & excellentem temperantie pulchritudinem conspicatus, ipsius
amore minime captus ac subactus est, hic meo iudice à pulchritudinum re-
iram amore alienus esse censetur. Alibim) prolixius adhuc virtu- m) l. 2. Ep. 6
tis pulchritudinem prædicat. De deformitate, & quomodo ean-
dem contrahant animæ, egit Plotinus, n) disquisitione illis, quæ n) l.c.e.s.
à Platone in Phædro disputantur, convenienti.

§. 37. Hæc Idea boni quomodo ad assimilationem cum
DEO tendat, hominemque DEo conformem reddat, ex supra
dictis haud difficulter patet. Cum enim ista bonitas moralis,
quam Idea menti nostræ præsentare debet, detur quoad rem in
DEO, qui est ipsa sanctitas ἀγκέτυτος, cumque ex eminenti-
tissimâ suâ perfectione idem quoque sit pulcherrimus, imo ipsa
pulchritudo, que non admittit oculos mortales, sed sola mente percipitur,
ut loquitur Marc, Antonius Natta, p) mensuraque existit reliqua- p) de Pulche
rum pulchritudinum, hoc ipso, quando nostræ actiones quoad 1.6.
rationem bonitatis suæ similes redundunt ideali bonitati, ipsi Deo
quoque assimilamur, ceu in quo quoad rem ista bonitas, quam
idea nobis repræsentat, datur. Pulchri etiam amore captus, quo-
modo pulchrum imitetur, Plato ita q) docet: οἵτινες τινὲς μηχανὴν 9) f. 475.
έχουσι, οἵτινες οὐκέτι μηχανὴν, μη μητέρα ἔχοντες; Αδύνατος, οὐτι.
Θεῖος δὲ οὐ κοσμίων οὐτε φιλότοφος οὐκέτι, κοσμίως τὸ θεῖον εἰς τὸ
δυνατὸν αὐθεότητα γίγνεται. Αυτηνα fieri posse, ut illud non imitetur
aliquis, cuius cum amore admirabundus adharet? Nullo modo. Quia-
re cum Philosophus divino atq; decoro frequenter adhæreat, divinus
ipse atq; decorus, quoad homini possibile est, efficietur: quæ paucis in-
terjectis sic ulterius explicat: ἀπεργαζόμενοι, πυκνὰ ἀνέκατερος
ἀποβλέποντες πρός τε τὸ φύσει δίκαιον καὶ παλὸν καὶ σάρξον, ἐπάντα τὰ
τοιαῦτα, καὶ πρὸς ἐκάνθον ἢ τοῖς ἀνθρώποις ἐμποιοῦσιν, ξυρμιγνύστες
τε καὶ κεραυνύστες ἐν τῷ διπλῷ δημάσται, τὸ ἀνθρώπειλον, ἀτ' ἐκάντα
τεμπανίμενοι, οὐ δὲ καὶ Ομηρος ἐκάλεσεν τοῖς ἀνθρώποις ἐγιγνόμε-
νον, θεοῖδες τε καὶ θεοτέλεον. Agentes hec, ad iustaq; frequenter re-
spicient, ad illud scilicet, quod naturā justum, honestum & tempera-
tum existit, ceteraq; huiusmodi, atq; iterum ad humana: & ad supe-
riora illius exemplar humana disponente, ex hominum officiis natu-
ram humanam contemperantes, ad figuram ejus, quod Homerus quo-
F 2 que,

que, cum in hominibus sit, DEI speciem & imaginem, similem dicens
qua appellavit. Quæ vero hujus conformatio[n]is creaturæ ratio-
nalis eum DEO ratio sit, alibi r) diximus, quam etiam ex Plato-
ne olim explicavit Eusebius. s)

1. N.

a) Præp. Ex.

1. 12. c. 19.

z) f. 57.

z) f. 340.

n) 1. 6.

z) 7. de

Rep. f. 481.

z) I. R.P.

2. 5. 12.

§. 38. Cæterum de difficultate cognoscendi hanc ideam bo-
ni non semel, nec sine causa, conquestus est Divinus noster se-
nex. ἀγνῶσον dicitur in *Parmenide*, t) in quo de Ideis ex instituto
agitatur, ἄρτα ίμεν ἐσι καὶ αὐτὸ τὸ καλὸν ὁ ἐσι, καὶ τὸ ἀγαθόν τὸ πάθε-
α δὲ οὐδὲς αὐτὰς ἔντας ὑπολαμβάνουσεν. Ignotum itaq; ipsum
Pulchrum & ipsum bonum est, & omnia deniq; que ut ideas esse sup-
ponimus. Eandem in *Phedro* u) deplorat ignorantiam, & co-
gnitionis imperfectionem. De Republica formanda x) idem lo-
cūtus, cum quomodo ad ideam & id quod bonum per se est, ceu
exemplar, semper in agendo & constituendo bono respici de-
beat, dixisset, tandem ad disciplinam boni, ceu veram Philosophi-
am Practicam delapsus, ignorari bonum queritur. ὁ δὲ διόκει
μην ἀπασσα φυχὴ καὶ τέττα ἔντα πάντα πάτηται, ἀπομελεμένη τὰ
ἔντα, ἀποφύγει δὲ καὶ εἰς ἔντα λαβεῖν ικανὸν τὸ πολὺ ἐσιν, ωδὲ πίστη
χρηστὸς μονίμη, οὐτα καὶ σει τάλλα. Bonum quidem anima omnia
experit, ejusq; gratia agit omnia, augurans esse aliquid: dubitat ta-
men, neq; sufficienter quid sit comprehendere posset, neq; tam certum &
exploratum habet: quam cetera. Unde nonnullis interjectis lub-
Socratis persona à Glaucone ad tractandum de bono invitatus, re-
spondet: Vereor ne vires deficiant, arg. ego supra vires ausus, inceptor
appaream, risumq; audientibus moveam. Cæterum, οὐ viri felices-
quid ipsum bonum sit, in praesentia dimittamus. Est enim, ut mihi
videtur, praesentem supra contemplationem. DEUM etiam nosse.

§. 39. De eadem difficultate cognoscendi ea, quæ φίσσε
honesta & turpia sunt, adhuc hodie haud raro moventur quere-
læ. De conjugiis eorum, inquit Hugo Grotius, z) qui sanguine ame-
affinitate junguntur satis gravis est questio, & non raro magnis mori-
bus agitata. Nam causas certas ac naturales, cur talia conjugia, ita
ne legibus aut moribus vetantur, illicita sunt, assignare qui voluerit,
experiendo disce quam id sit difficile, immo præstari non possit. Quo
nomine etiam jesuita ob sententiarum divortia, quæ ex questione-
num

num moralium difficultate exoriuntur, *Probabilitatis* fragmentum introduxerunt, hac arte se difficultatum scopulos, qui circa discri- men honestorum & turpium consurgunt, facili negotio declina- turos esse existimantes. *Pyrrhoniorum* quoque & *Scepticorum* olim delirantium, a) voces notae sunt: ἐδὲ μᾶλλον ἐρέχειας καὶ α) *Sexto Em-*
περ ἐρέχειας ἐτίχες ὑδὲ ὅπιζω πάντα δόρσα πάντι λόγῳ πι. *Pyrrh-*
ης οὐ δικτεῖται. *nibilomagis*. *Fortasse est*, Ε*fortasse non est*. *Ab-*
hypot. Di-
fīneō. Nihil definio. Omnia indefinīta. *Orationi oratio equalis* ο*g. Laetē,*
oppōnētūr. Honestatē naturalem plane olim negavit *Carnea-*
des apud *Laetant.* b) *Jura*, inquiens, *sibi homines pro utilitate san-*
ctissime, scilicet varia pro morib⁹, Ε*apud eosdem pro temporibus sepe* ο*st. s. 17.*
miserata: Ius autem naturale nullum esse. Augent denique diffi-
cultatem motam variatū gentium, populorum, ingeniorum,
variae leges, Instituta, mores, opinione, & vivendi genera, qui-
bis non eadem omnibus sunt honesta & turpia, ut ea intuens
Aristoteles, c) dixerit: Τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, οὐδὲ ὅτι οὐ καλά εἰ πολετική ε). *Eth. c. 3*
εποτεῖται, τοσάντην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὡς τε δοκεῖ νόμοι μόνοι
εἶναι, φύσει δὲ μη. Et quis ignorat, quod in tota Philosophia
difficilius nihil sit, quam definire velle, quae sit uniuscūsque
idea, sive ratio formalis, & in quo consistat natura rei, præcisē
spectata?

§. 40. Hæc vero ignorantia boni unde oriatur, quæque
prudentiæ Politicæ impedimenta sint, B. *Baccherus*, d) accurate *diff.*
disquitit: Plato noster lapsus hominis, & per lapsum *natura contra-*
etæ depravationi ea adscribit. Animas nimis in cœlo ambu-
lantes DEUM secutos, ipsam pulchritudinem, sive ideam boni,
*ipsum justitiam, temperantiam, Scientiam conspicere, & specula-
tione hac nutriti, & sic omnium rerum habere notitiam conten-
dit. Sic enim in Phædro e) loquitur; καλός δέ τέτε λῷ ιδεῖν ε). *F. 346.*
λαμπτρὸν, ὅτε σὺν ὑπάρχοντι χορῷ μακαρίειν ὄψιν τε καὶ δέσμων ἐπόμενοι
*μὲν μὲν Διὸς ἱρεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἀλλού δέσμων, εἰδόντες καὶ ἐτελεύτῳ τελε-
*σθῆντες δέσμους λεγούν μακαριστάτους· λιγοτάχομεν δὲ δέσμοις μὲν ἀν-
*τοῖς ὑπειλέσαις κακῶν ὅτα πρᾶς ἐν ὑπέρφερον κρότῳ ὑπερμενεῖς· δέδι-
κηται δὲ καὶ ἀπλά καὶ ἀτροπῇ καὶ ὑπάρχοντα φάσματα μυσμένοι τε καὶ
ἐποτεῖδοτες εἰς αὐτὴν καθαρὰ καθαροὶ εἰλέσαις καὶ αὐτοὶ μαντοὶ τότε εἰς τοῦ δὲ
σῶμα φεύγοντες ἐνομάζομεν ὄσρεν τρόπον δεδεμμένοις. *Asphal-*
*ebrius-*****

christitudinem tunc licebat videre clarissimam, quando cum beato choro felicem visionem contemplationemq; sexci cum fore quidem nos. alij vero cum alio quodam Deorum, viderunt, & initia sunt sacrae, quae fas est dicere sacerorum omnium beatissima: quae operamur inepte quidem nos, & malorum expertes, quo in posterum manebant, integrum quoq; & simplicia immobiliaq;, & beata spectacula initiate insperantes pura in luce puri & immaculati solutiq; ab hoc quod nunc circumferentes, corpus vocamus, in modum ostrea huic alligari. Quod si vero anima DEUM iterum secutura lucta voluntatis, rationis ceu aurigæ suæ ductum sequentis, & appetitus sensitivi ad inferiora tendentis, remissius contemplata fuerit, non veram obtainere scientiam, sed opinionem tantum, inque terram lapsam, oblivione eorum quæ olim viderat, obrui ait: f) Dum vero in terris est anima, iterum incipere eandem in Idea ratiocinando, & quid natura rei in se sit disquirendo, recordari illorum, quæ olim cura DEO profecta, συμποδεῖσα Θεῷ, vidit, et si alii præ aliis facilius

f) l.c.

g) l.c. f.m.
346.

hoc obtineant, qua dere denuo Plato g) prolixe differit.

§. 41. Fabulae huic metamorphofin quandam veri in nugas subesse, forte non inepte dixeris. Si quid enim conjectura alsequi possum, lapsum generis humani in Protoplantis, quem sacræ ex veritate nobis describunt paginæ, eamque extremam in mente consecutam ignorantiam, sub hujus Platonici commenti involucro latere, divinamque veritatem, ab Hebreis acceptam, mendacio fulciendo substerni arbitror. Quare sicut dum hic vivimus regenerati, per renovationis gratiam ad priorem quam in Adamo habuimus felicitatem, mentisque pulchritudinem amissam contendere, hoc est, exuto veteri homine novum induere debe-

b) Eph. 4. μόνον κτισθήτη ἐν δικαιοσύνῃ, οἰδέ τοι τὸν ἀλιθεῖας, h)
c) Col. 3, 10. & renovari εἰς ἔνγραψιν κατ' εἰκόνα τῆς κτίστων αὐτὸν, i) ita eo contendendum esse dicit, ut priorem boni veritaris cognitionem, quam anima lapsu suo amisit, recuperemus, quo ad assimilacionem cum DEO, quæ vera est felicitas, pervenire queamus.

§. 42. Supereft, ut quomodo ad Idearum cognitionem, & in specie ad Idea boni notitiam perveniant videamus. Nimirum rursus ascendendum est, & homines impellendi sunt, ut k) 7. de ascendant, k) ὡς ἐπάρεσθε φιλοσοφίαν διηνθή, quem ascensum veram Philoso-
Rep. f. 482.

Philosophiam esse dicit I. Plato. Sic enim ascendentēs cognoscēdo attingunt id quod vere est, quod omnis honesti norma, ad quam in agendo respiciendum, si beate vivere, & quod Philosophia finis est, Deo assimilari velimus. Hic autem ascensus quomodo ad boni cognitionem facit, de Republica m) tractans, ex insti-tuto explicat: n) *vim nimirum, qua in animo est cajuscunq; erudi-tione competente, cū facultate quadam animi dirigendi, ab eo quod sit,* h.e. fluxum & caducum est, *ad id quod Ens rō ὡρ dicuntur, circum-agendum esse, ut quod clarissimum est, τὸ ἀριστοτελατον, h.e. ipsum bonum, videar.* Dialectica sc. hic opus esse progressionē pronuntiat. Quanquam enim disciplinarum etiam Mathematicarum aliquem usum hic esse contendat, cum stadium illarum vim quandam habeat extollendis id quod est in animo præstantissimum, ad contemplationem eius, quod in ordine rerum est optimum, solam tamen addit differenti facultatem τὴν διαλέξεως δύναμιν μόνην, eo perducere, quo quisquis venerabilic demum sanguinem in itineris ter-mino requiesceret. o) *Impossible etiam esse aliter ideam boni co-gnoscī; conari enim hanc ordine certo circa unumquodq; quid ipsam sit inventare.* οὐκ ἐν διαλεξίᾳ μήδος Θέμη τάυτη παρθεῖται, τὰς ύποθέσεις ἀναρτᾷ ἐπ' αὐτήν τὴν ἀρχήν, ἵνα βεβαιοῦται, καὶ τοῦ ἀρτί ἐν βορεότερῳ θερμαϊκῷ τοῦ ἡγεμονοῦ ὅμιλοι κατορθωμένοι ἔργα τέλεσσι καὶ ἀπόγονοι ἄνθρωποι, σωτηρίοις καὶ συμφερουμένοις διαδοκεῖν τέχνας. Dialectica sola sublatissimis suppositionibus omnibus, ad ipsum principium ut compertum habeat, pergit, ac revera animi oculum cano barbarico obrutum, paulatim sursum trahit, ac ducit, et quam adjutricibus ac ministris quibusdam uenit his artibus quas naravimus, Mathematicas scilicet. Vult nimirum Plato, per mentis operationem ab inferioribus ad superiora ascendendum, & à conditionibus individuantibus, & illis quas bono accidenti, ipsam rationem boni universalem abstrahendam esse, abstractione nimirum præcisiva, quemadmodum animalis naturam, præscindendo à variis quas habet differentiis, si apprehendimus, illud provehimus in statum universalis, quid animal in se sit contemplantes: Simili ratione, si velimus, quid in vita pulchrum & honestum sit, scire & agere, natura & ratio boni moralis & pulchri in actionibus ante omnia cognoscēdebet, ut ad varia vitæ officia dein hanc cogniti-

cognitionē applicemus, & inoffenso pede ambulemus. Et quemadmodum qui rei naturam intelligit, & sibi, & aliis de eadem reddere potest rationem; ita qui scit in quo honestas & turpitudo, bonum & malum morale consistat, & quæ illorum natura, causas suarum actionum reddere, & discriminis honestorum & turpium sufficientes rationes exponere potest. Id quod Platōnem

p) vid. l.7. etiam suis Ideis spectasse manifestum est. p) A Platōne autem de Rep. per Dialecticam intelligi etiam Metaphysicam author est q) Clemens Alexandr. f. 488. D.

g) i. Strom. £. 354.

§. 43. Cæterum usus hujus, quam hactenus tractavimus, Platōnis Philosophia, in una & altera questione, principia discipline de Jure Naturali concernente, apparet. I. Plato sua de Idea Boni doctrina explicatum ivit fundamentalē propositionem Legis naturalis & Philosophia practica. Scilicet, quicquid Ideæ boni est conveniens, & facit ad assimilationem hominis cum DEO, id est bonum. Cum enim idea boni sit norma, cui conformati nostræ esse debent actiones bonæ, cuius ἀρχήτυτον in DEO actu datur,

v) 6. de Rep. docuit hinc Plato: r) non aliter civitatem fore beatam, quam si eam, f. 475. qui divino utantur exemplo, piiores forment; & virum prudentem, sanctum, justum esse DEO similem. Conveniens est hæc doctrina Theologorum sententiae, qui Legem naturalem Ideæ sanctitatis divinæ consentaneam, certissimam etiam, tutissimamque regulam Juris Naturalis esse DEUM secundum attributa & opera consideratum, recte docent. Item quando reliquia imaginis divina lex Naturalis esse dicuntur; Id enim quo in homine dato ipse referebat divinam similitudinem, erat sanctitas & justitia, cuius ἀρχήτυτον erat in DEO, cœtu opera autem in homine. Hujus itaque quæ dantur reliquiae, sicut sunt radii divinæ resplendentis in homine rectitudinis, ita legis vim habent, ceu expressæ ad legem DEI æternam, qua homo tenetur.

§. 44. Quanquam vera origo Juris Naturalis sic explicata felicius à Christianis explicari possit, quam à Gentilibus; quin tamen ex his principiis ad captum infidelium de lege natura, iuno & de Officiis hominis & civis secundum legem naturalem præstandis, disquiri, illisq; proin hæc hypothesis etiam de imagine Dei in homine proponi possit, dubium mihi non videtur. Admittitur

lancē

Canè à Gentilibus hypothesis de *assimilatione hominis cum DEO*,
 ceu communis Christianis & infidelibus, sicut alibi ostensum; ad-
 mittitur quoque ab iisdem DEUM esse sanctum, justum, bo-
 num, misericordem, verum &c. quorum attributorum rationem
 mortalem cum non ignoremus; hinc si sancti, justi, boni & miseri-
 cordes erga nos ipsos, & proximum vivimus sicut vivimus secun-
 dum imaginem Dei, & ejus reliquias in nobis existentes, Deoque
 assimilatamur, ita vivimus secundum legem Naturæ. Præterea si Pa-
 tres *Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodorus, Arnobius*, contra
 Gentes, in varias sententias semper distractas, solide disputan-
 tes jure ad Platonem provocare potuerint; quare nobis hodie,
 si disciplinam Juris Naturæ ad Gentilium etiam captum, ceu di-
 sciplinam universalem, proponere velimus, idem non licebit fa-
 cere, ut provocemus ad Platonem, ceu inter Gentes facile prin-
 cipem: Si vero cum illis legitime disputamus ex hypothesi à Pla-
 tone admissa, Christiani quoque secundum suam disciplinam
 ad Gentilium captum non pie solum, sed & feliciter Jus Naturæ
 docere queunt ex hypothesi de *Imagine DEI* in homine, & statu
 integritatis. Nam & ipse Plato, ut supra vidimus, *statum quen-*
dam integritatis quoad rem concedit, *statum nimirum animarum*
in celo, in Deorum choro, ut fингit, s) viventium & ambulan- s) Phæde:
 tium, cui figmento aliiquid veri subest, sicut fabulis Poëta- f.345.
 rum de *aureo seculo*, status innocentiae subesse creditur. Affir-
 mat quoque Plato, animas lapsu suo, quo ignorantiam & oblivio-
 nem eorum quæ ante viderant & cognoverant contraxerunt, re-
 tinuisse quasdam reliquias, t) quæ sunt instar scintillarum, quæ s) l.c. f.346
 excitari debent, ut recuperata cognitione Ideæ boni, ad quam
 ceu normam actiones conformandas sunt, DEO rursum assimi-
 lemur. *Investigantes ex se ipsis DEI sui naturam, voti tandem com-*
pores fiunt, ex eo, quod *summa quadam attentione mentis aciem in*
DEUM erigere compellantur: deinde cum per memoriam illum at-
ttingant, divinitatem afflantur, οὗτοι λαμβάνοι τὰ ἁγιά τὰ δι-
καθηδραλα καθόσοι δυνατοί θεοπάτρω μολαζέν, aeq. ex eo mores
et studia, quatenus homini licet DEI partipem fieri, capiunt. u) ib. f.347.

G

Hanc

Hanc certe Platonis hypothesin qui non repudiatur, ille nec ita crude Christianum nostrum de statu integritatis præsuppositum repudiabit; destituatur licet nonnunquam hypothesis hæc, alias ingeniosa & tuta, sua non difficultate, Platoni quoque agnita, præclaradificilia esse affirmanti. x)

x) 6. de
Rep. f. 474.

y) de Cri-
gine I.N.
art. 6.

§. 45. Distinctius y) alibi explicavi, quæ sit ratio cognoscendi ea quæ sunt Juris Naturalis. Si quis tamen istud universale aliquod, & commune caput revocari, *Fundamentalem propositionem aliquam universi Juris Naturalis* à nobis poni desideraverit, secundum analogiam *disciplina nostræ Christianæ pro hypothesisi*, ceu idoneum fundamentum, quod directe & proxime sub te universi Juris Naturalis officia, DEO, sibi ipsi, & proximo debita, continet, substernimus *Amorem*, sive, si magis placet, *CHARITATEM*. Christiana hæc primo est, ceu constat; agnita quoque est Gentilibus, qui & ipsi amore potius, quam timore DÉUM colendum esse dixerunt; melior etiam *Cumberlandi benevolentia*, cum ex amore eadem nascatur, nec sine charitate subsistere queat, universalior item *Socialitate*, ceu quæ propriè cum aliis tantum intercedit, nec esse ratio potest per se & primo officiorum, quæ DEO & sibi ipsi homo debet, uti *Charitas* omnia justitiae & juris officia complectitur. Cumque indirecte tantum officia hominis erga DÉUM tanquam Creatorem ex *Socialitate* deduci posse alii affirmant, malo pro eadem substituere *Charitatem*, ceu quæ eadem sub se directe continet. Hobbesii etiam de *Bello* hypothesis non infeliciter evertit.

§. 46. Colligitur II. ex mente Platonis *Noticias* dari *infissas*, inscriptione non potentiali, sed actualitales. Habuit enim homo ante istum, quem somniat *Plato*, animatum lapsum, perfectam cognitionem honestorum & turpium, quam licet in terram lapsa anima oblivioni tradiderit, retinuit tamen quasdam noticias memoriarum inhærentes, quas *Cicero* z) elementa virtutis vocat. *Ingenuit*, inquiens, *natura sine doctrinâ noticias parvæ rerum*

z) 5. Fin.
p. 135.

verum maximarum, & quasi insitutae docere, & induxit in ea, qua inerant, tanquam elementa virtutis. sed virtutem ipsam inchoavit. nihil amplius. Alibi a) dicuntur ei parvuli igniculi; semi- a) Tu scia item virtutum, qua si adolescere liceret; ipsa nos ad beatam vi- tam natura perduceret. Unde ea quoque, quæ studio & labore à nobis addiscuntur, Plato dicit b) esse ἀράγοντις εἰπεῖν, ἀ τοῦ b) Phædr. οὐδὲ οὐμῶν ἐν φυχῇ, συμπορθεῖσα Θεῷ, ἢ ὑπεριδῆται ἀ νῦν εἶναι f. 346. φαῦται, καὶ ἀπαντήσασα εἰς τὸ ἔλεγον. Recordationem illorum, quæ olim vidisti anima nostra cum DEO profecta, & illa despiciens, quæ nunc esse dicimus, & ad id quod vere est sursum reflexa. Quare cum reliquiarum eadem sit ratio quæ totius, sicut notitia quam ante lapsum homo habuit, fuit actualis, ita reliquiæ actuale quid inexistentes esse judicari debent. Etsi vero Philosophia hæc Platonis suo non careat errore, de præexistentia & lapsu animarum, antequam informarent corpus, quæ Christianorum disciplina merito corrigit, non tamen opus legis inscriptum in cordibus humanis inscriptione actuali, Platonici delirii nomine traduci debet, cum æque facile idem ἐγγράφηται inscriptum inscriptione potentiali figuratum Aristotelicum appellari queat. Sit amicus Plato, amicus Aristoteles, magis tamen amica veritas.

S. 47. Agnovit III. Plato dari in Practicis demonstratio-
nes, & quo pacto ha- dentur, suaboni Idea docere voluit. Quod
maxime à Philosophia morali, inquit Hobbesius, c) operam danti- c) apud
bus desideratur, est Regula actionum certa, undesciri posse, iustum Sharrock.
an injussum sit quod facturi sumus. Quod enim in unaquaq[ue] re face-
re iubent id quod rectum est, antequam regula aliqua & mensura de off. p. 3.
certa constituta sit, (quam hactenus nemo constituit) inutile est.
Complures ea tenet mentis persuasio, certitudinem fallere nesciam
practicis deesse, & quæcunque circa illa differuntur, Pro-
babili tantum nisi iudicio. Scepticorum veterum & Neo-Aca-
demicorum deliria supra jam sunt notata, quorum antesignanus
Carneades recte fecit, quod, ut est apud Ans. Gell. d) scriptorius d) Noct.
adversum Stoici Zenonis libros, superiora corporis essebore candido Attic. I. 17.
purgavit; ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domici- c) 15.
lia

*lia animi suque redundaret, & constantiam vigoremque mentis la-
befaceret, cum ejusmodi medicamine omnino opus habuerit,*

e) de Specie. Etac. f.m. 699. *ut proin non male de illis olim scripsiter Tertullianus, c) penes
Ethnicos nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis*

*DEUS, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur,
alibi bonum, quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum.
Quanquam vero nonnulli Aristotelem quoque de certitudine*

Philosophiae moralis non recte lenisque credere sustineant, inter-

f) Paradox. contr. A-rist. l. i. *quos est Gassendus, f) injuriam tamen Philosopho fieri alii obser-
varunt, Wallerus g) & Schallerus h) in nostra, Rachelius i)*

Exer. 5. *in Academia Julia. Perversa Morali Iesuicarum disciplinae di-
cam hoc nomine potius scripsiteris, quae in dubiis practicis eam*

g) Disp. Eth. I. Aphor. 13. *permittit sequi opinionem, quae probabilis est, h. e. ut Antonius de Escoabar k) explicat, qua rationibus inititur alicuius momen-
tis, probabiliori etiam & tutiori relicta, ceu ex Emanuelis Saa, &*

h) Cero-nid. ad disp de Po. lypragno- *Filiatio docet Montalt. l) Quasi honestum & turpe non in se-
tale forer, sed humano tantum niteretur iudicio. Recte huc ac-
commadaveris illud Christi, nonne si cacus cacum duxerit, ambo*

i) Exam. Probabil. *in foveam carent, recte etiam in hos homines quadrare dixeris
Iesuit. p. 33. illud Terentiani supra de Ethnicis dictum, apud quos etiam sa-*

k) Theol. Moral. *k) leguntur. Manet illud Ciceronis: m) Ut bistrioni actio,*

l) Epist. 5. *saledori mox, non quivis, sed certus quidam est datus: sic vita*

p. m. 71. *agenda est certo genere quodam, non quolibet.*

m) 3. de Feni-bus.

§. 48. Idem Plato voluit, eadem honesta & turpia esse, & qualencunque etiam sufficere cognitionem non solum negans, sed & veram, certamque hanc insuper oportere esse contendens. οἷμαι γὰρ, inquit, ν) δίκαιο τε καὶ καλὸ ἀγνόητα σπειρόντες αὐτά

n) 6. de Rep. 6478. ποτὲ ἀγαθά ἔσιν, & τολλεῖ τιν θεοὺς ἀξιού φύλακι κεκτῆδαι, εἴτε εἰ-
κός γνῶνται ἀυτά τούτο ἀγνόητα· μαρτύρους δὲ μαρτύρων ἀυτά
γνώντων τρόπερον ικανάς. Reor equidem eum custodem, qui iuste & honesta possideat, ignorat autem quaratione bona sint, hanc multi faciendum esse; si quisdem pars est eum qui hoc ignoret, ipsa cognoscere. Angustor autem neminem ipsa prius quam bonum sufficien-
ter cognitum. Ascendum itaque esse, & contendendum

aut,

at, ad cognitionem ejus, quod est ipsum bonum, & in ordine rerum optimum, o) quo sic possimus reddere rationem, & certi esse quare aliquid sit honestum & turpe, ut supra jam explicatum. De legibus hinc agens *Plato* rationes adjecit, insinuans hoc pacto legentibus, solidis leges suas niti rationibus, nec vagas & fluxas esse. Cum itaque *Demonstratio* fiat ex principiis immediatis, necessariis, veris, & prioribus, quale est *Definitio*; boni rationem & ideam, quæ definitione exprimitur, hinc ponendam, & ex ea quæ actiones sint bonæ & malæ, demonstrandum esse uti *Plato* voluit, ita quin talis demonstratio vera sit ~~ad absurdum~~, dubium non est. Sint licet *actiones humanae*, hujus demonstrationis subjectum, aliquid contingens, etiam contingentium datur demonstratio, dummodo adsit necessitas causæ.

§. 49. Has Platonis, Gentilis licet Philosophi, demonstrationes & hypothesin de Idea boni merito opponimus bellui-
no Hobbesi; p) fundamento de *Bello*, quod nostræ Philosophiæ p) de Cive.
pertractandæ substratum ivit, si vel maxime per modum hypotheseos illud assuimatur. Longe enim aliter *Plato* q) sentit, qui ut ex cer- c. i.
tis, ita quoq; ex veris in Practicis fieri vult demonstrationes : q) 7 de
ἀρχὴν μὲν ὁ μὴ οἴδε, τελετὴ δὲ καὶ τὰ μεταξὺ ἐξ ὁ μὴ οἴδε σημα-
πλεκται, τις μηχανὴ τὸν τοτάντων ἴμολογίαν ποτὲ θησηύλων γενέσθ;
Οὐδεμίᾳ, ἢ δὲ οὐ. Et recte. Nam ad scientiam practicam,
quæ finis est demonstrationis, non sufficit certitudo intellectus,
sed & certitudo rei requiritur : & qui practice vult esse certus,
vero, non falso nisi debet principio; cum ex falsis non fiat probatio,
quæ vi materiae talis sit, nendum demonstratio. Alia est
probandi, alia probata illuſtrandi ratio.

§. 50. IV. Ex Sententia Philosophi nostri de *Idea Boni*
infertur, non omnes actiones practicas esse in se indifferentes, sed da-
ri tales qua in se, uti circa respectum ad *Divinam*, ita multo magis
ad *humana* voluntatem *Legislatoriam bona & mala* sunt. Proli-
xius hanc alibi jam discussimus questionem. In bonitate ni-
mirum actionum lege naturali præceptarum duo spectamus :

Legale, quod scilicet præceptæ sint, & efficaciter homines ad obsequitum actu obligent: & *morale*, quod scilicet bonæ sint, in quantum nimirum nulla deest conditionum, quæ ad dandum valorem moralem necessariæ sunt, & ex quarum convenienti concursu per se *et morale*, quod bene se habet, consurgit, sicut ex unione materiæ & formæ oritur corpus naturale. Illud oritur ex impositione legis, non item hoc qua tale: Nec dissentit ab hac veritate Platonis Philosophia. Cum enim *idea boni* repræsentet id, quod φίστι δίκαιον, καὶ καλὸν, καὶ σαφές, *natura* r) Plat. 6. de *justum, honestum, & temperatum existit*, r) hoc ipso collitur indif- Rep. f. 476. ferentia actionum moralium ex mente nostri Philosophi, statuiturque etiam bonum dari, præcisa superioris impositione. Quicquid enim tali modo audit bonum, sicut homo est animal rationale, illud etsi citra divinam voluntatem actu existere non possit, quod tamen attinet veritatem ipsius naturæ quâ tale gaudet, quin præcisa divina voluntate, vel antecedenter quoque ad eandem, concipiatur, nihil obstat. Et quanquam ex mente Platonis inter ideam boni moralis, & aliarum ideas rerum, hoc intercedit discriben, quod hæ præter id quod sunt in intellectu divino & humano, tales naturas exemplares & universales, non in essendo scilicet, sed in repræsentando, extra eundem ponere videantur, cum illa, idea scilicet boni moralis, quoad rem non inveniatur nisi in DEO; ut tamen ideae seu essentiæ aliarum rerum sunt æternæ & immutabiles, item quoad rationem naturæ suæ necessariæ, antecedenterque tales ad divinam voluntatem, vel si magis placet, præcisa eadem, ita quoque eandem esse rationem *et boni moralis*, ejusque naturæ sive idex; cum haec tenus aut *άρετη* & *ἀρεταῖς* eadem sit ratio. Præterea cum *ἀρχήτυπος* boni moralis in ipso DEO detur, patet, quod quemadmodum divina sanctitas, justitia, se habent antecedenter ad ejusdem voluntatem, ita quoque ipsum *justum & sanctum* in idea & in se spectatum, ab eadem præscindat.

§. 51. Etsi vero quando Plato ideas se antecedenter ad Divinam voluntatem, ceu exemplaria & objectum divini intellectus, habere contendit, in eo erret, quod eas realiter extra DEUM

DEUM ponere videatur, non tamen ipsi sententia^e, & thesi,
quæ vel rerum naturas, vel boni quidditatem & ideam concipit,
aut præcisa diuina voluntate, aut antecedenter ad eandem se ha-
bere affirmat, hoc affungi debet, quasi introduceret ideas morales
extra divinum intellectum existentes, quas leges naturales latu-
rus supremus legislator necesse habuit intueri, cum quæ sit rei
natura, ex se, infinitæque suæ sapientia^e splendore sciat eminen-
tissimum & sapientissimum Numen. Bene respondet hic Dio-
nys. Areopagita, s) qui videndum. Corrigendus itaque est error, ,) de Div.
si quis est, Platonis, distinguendumque inter thesin & theeos nomin.
probationem, seu medium probandi, illabene se habere potest,
etsi infirmo & falso nitatur principio.

§. 52. Manifestum est V. quod, cum Plato civili viro
cognitionem idea boni tantopere commanderet, in actionibus vita
humana honesti primam rationem habendam, nec honestum ab utili
separandum esse velit, quod post eum Cicero quoque, aliique do-
cuerunt.

§. 53. Cognoscitur denique ex hac Philosophia nostri, quie
secundum mentem ipsius sit finis Legis Naturæ, & qua in re Sum-
mum Bonum hominisque finis consistat; Nimitum non in specula-
tione otiosa, sed in assimilacione cum DEO, quæ quoad rem
cum exercitio virtutis in vita perfecta coincidit. Idea enim bo-
ni cognoscenda est, ut in vita sociali sciamus, quid nos facere de-
ceat, quid honestum, quid turpe, in actionibus hominis sit, ve-
ra sanctitas itaque & justitia cum in DEO detur, quo confor-
miores ei nostra redduntur actiones, eo magis assimilamur
DEO, ex quo denique, quanil est præstantius, vera cum eodem
oritur amicitia. Quæ etsi bene se habeant, vere tamen solum
humanis viribus obtineri non possunt.

§. 54. Putat ergo Plato, eo contendendum esse homini,
ut amissam recuperet sapientiam & sanctitatem, quam ante la-
psum habuit. Quem finem etsi Christiana nostra religio quo-
que

que intendat, ut perveniamus ad amissam felicitatem cœlestem, restaureturque in nobis, quam decoximus, imago DEI, quæ vera est hominis cum DEO assimilatio; hoc tamen inter Platonicam Christianamque doctrinam discriminis intercedit, quod illa ab Hebreis accepta fabularum ineptissimarum mixturâ corruptat, quæ hæc à DEO tradita puro veritatis jubare discenda & credenda proponit. Quare licet specimen hoc Philosophiæ Platonicæ edere, ejusque in disciplina Juris Naturalis usum ostendere placuerit, Philosophiam tamen meam cum Clemente

J. Strom. *Alexandrinus*, τ) ἐπὶ τῷ Στάτικῳ λέγω, ὅδε τῷ Πλατωνικῷ, ἐπὶ τῷ δικέρευτῃ καὶ Ἀριστοτελικῷ ἀλλ' ὅσα ἔργα ταῦτα εἰκάσης αἱρέσσων τύπων καλῶς, δικαιοσύνης μετ' ὑπερβολὴν δημιουργίας ἀποτελεῖσθαι, τότο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν φιλοσοφικὸν φημί· ὅσα δὲ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀποτελέμενοι ταξιχάραξαν, ταῦτα ὡς ἀπὸ τούτης εἴποιμι ἄν, non Stoicam dico, nec Platonicam, aut Epicuream οὐ Aristotelicam, sed quacunque ab his sc̄tis recte dictasunt, que docent iustitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico Philosophiam: quacunque autem ex humanis amputata cogitationibus adulterarunt, ea nunquam divina dixerim.

SOLI DEO GLORIA.



I. N. I. C.
DE
**ARMIS IN BELLO
PROHIBITIS,**
ad Hug. Grot. I.B.P. III. 4. §. 15. seqq.
DEO bene adjuvante,
*In Inclyta Argentoratensis
Academia,*
P R A E S I D E
**JOHANNE JOACHIMO
ZENTGRAVIO,**
Phil. Pract. P. Ordin.
Disputabit
Ex ipsius Praelectionibus
JOHANNES MARTINUS GEORGII,
Argentorat.
d. August. hor. loc. solit.

ARGENTORATI,
Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,
Imprimebat JOHANNES Schuß.
M DC LXXVII.

VIRUM
GENERO SVM MAXIME QVE
STRENVVM,
DN. JOHANNEM GEORGIUM
à ZEDLIZ,
S.R.I LIBERÆ REIPUBL. ARGENTORA-
TENSIS PRÆTORIUM,
INCLUTI COLLEGII TREDECIMVIRALIS
ASSESSOREM, &c.

VT ET
VIRUM
MAGNIFICVM, NOBILISSIMVM,
ET CONSULTISSIMVM
DN. JOHANNEM ULRICUM
FRIDUM,
JCTUM EXCELLENTISSIMUM,
PATRIÆ REPUBLICÆ SYNDICUM
AC CONSILIARIUM GRAVISSIM.
SUUMQUE E S. BAPTISMAT. FONTE SUSCEPTO-
REM PIE COENDUM,
DOMINOS MOECENATES, PATRONOS QVE SVOS
MAGNOS,
HUIUS EXERCITATIONIS ACADEMICÆ
DEDICATIONE
3X
OBSEQUIE, REVERENTIA ET PIETATIS
MONUMENTUM,
LAQVA PAR EST OBSERVANTIA
VENERATVR
JOHANNES MARTINUS GEORGIE

L N. I.
DE
**ARMIS IN BELLO
PROHIBITIS**
D I S S E R T A T I O.

Diu, inquit Sallustius^a, magnum inter mortales certamen fuit, wine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Multum equidem valent vires corporis, cum non solum manu strenuos, sed & laborum patientes milites esse oporteat; at non minus momenti positum est in ingenio. Militis robur est, ducis prudentia; vicitque saepe consilio, viribus corporis qui longe impat fuit: imo secundum Horatium^b

Bell. Catil. s. s.

3. Carm. od. 4.

Vis consilii expers mole ruit sua:

*Vim temperatam Dii quoque provehunt
In maius.*

Ingenii vim Thomas Hobbes^c respexit videtur, cum statum hominis naturalem bellum esse probaturus, equalitatem hominum naturalem, quam tanquam hypothesis in huic figmento substratum ivit, inde confirmare voluit, quod si spectemus maturos homines, facile sit infirmissimo cuique robustorem occidere,

A 2

dere, ut proinde non quis viribus fidens, superiorem
se aliis factum putet à natura, quæ alibi examinan-
tur. Ingenio magis, quam vi corporis, quod sæ-
pius res militaris procedat, docuit *Frontinus*. aliique
^{13. Anal. 6.55.} σεργηγματικῶν scriptores, docebitque & in poste-
rum rerum eventus, pleraque, ut illi apud *Tacit.*^d
dissentunt, in summa fortuna auspiciis & consiliis,
quam telis & manibus geri:

II. Ingenium quid possit, & quam solertes
simus ad nocendum, & cladem inferendam generi
humano, ex vario armorum apparatu in bello co-
gnoscitur. Τὰ μὲν ὄπλα εἰς ἀμυνα τὸν πολεμιῶν,·
τὰ δὲ εἰς τὸν ἀλλερχέσθαι αὐτῶν τρόπον,· τὰ δὲ
εἰς τὸν ἀλλερχέσθαι αὐτῶν τρόπον,· τὰ δὲ
τοιούτα τὰ μάχοιδια σεργηγματῶν, πάντα
partim ad propulsandos hostes, partim ad prælantium
militem defensionem, partim ad aliarum rerum
suum atque occupationem paranda sunt, ut monet
Leo Imp. Et si veterum militiā cum hodierna
comparaveris, quomodo æque ingeniose atque se-
liciter ad fastigium contendat, deprehendes. Scy-
thæ olim cum ex Asia viatores domum reversi à ser-
vis suis, velut advenæ; armati finitus prohiberentur,
varia que certassent fortuna, hastis, arcubusque, ut
est apud *Herodot.* omisis, virgas ac flagella, aliaque
servilis metus instrumenta pararunt. Sed ea non
est hodierni seculi simplicitas, ubi ad augendam
potius quam minuendam cladem, nova excogitan-
tur nocendi instrumenta; de quibus dubites, num
maiori solertia; quam rabie; cladisque generi hu-
mano inferendæ studio sint fabricata.

^{11.4.n 99.}

^{• Justin. 2.5.}

III. Prisci

III. Prisci ad certandum nondum acuti, pugnis, calcibus, & mortuferino more pugnasse creduntur, unde *Lucretius*:

Arma antiqua manus, ungues, dentesque fuerunt.

Fustibus dein uti cooperunt, primique his *Africontra Aegyptios usi dicuntur Plinio*^{l. 7. c. 56.}: clava item Herculis, & Leonina pellis, quæ veterum armatura fuit haud obscure docet. Tandem

*Succedit abenea proles,
Sævior ingenis, & ad horrida promptior arma:
bellumque prodix;*

quod pugnat utroque (ferro & auro:)

Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.

Ut huc accommodemus verba *Ovidii*.^k Adhiberi ^{l. 4. Metam.} proin coeptum, quicquid ad cladem inferendam, hostesque necardos, facere humana credebat ratio, inter barbaras tamen potissimum gentes. Hinc geminatae mortis causæ, ne simplici cæde perirent hostes, nec nisi duplicato prius dolore morerentur. Veneno gladios tinixerunt, ad augendā pericula, præsentemque conciliandam mortem, ut, qui telivim non satis sensissent, veneno præsentem experirentur interitum. *Scytha*, scribit *Plinius*^{l.}, sagittas, ^{m. H. N. l. u. c. 53.} singunt viperina sanie, & humano sanguinem: irremediabile id scelus mortem illico adfert levi tactu.

De Parthis eadem canit *Lucan.*^{m.} *de Aethiopibus*^{n.} ^{l. 8. vers. 304.} ^{388.}

Claudianus^{n.}

IV. Sabiurbem cum Alexander caperet, opidani invictum ferro audientes, gladios, ut *Curtius*

A. 3. autor

*L. c. 8. v. 20.
¶Tut. 18. 108.

aut^o est, veneno tinxerunt, cuius vi saucii sub. inde expirarunt. De Sclavis Leo P scribit, quod sagittas habeant veneno imbutas efficacissimo. Nisi enim, qui plagam accepit, vel theriacam bibat, vel aliud aliquid salutare presidium, vel statim plagam omnem præcidat, ne latius serpat, universum corpus pereat necesse est. Apud Germanos olim etiam fuisse, qui sagittas toxicarent, ex legibus Bajuvar. ^q ap. Lindenbrog. f. 411. colligitur. Retinent & hodie adhuc veneni usum Indi, ceu Batavi, quibus cum Barbaris hisce haud raro certandum est, suorum s^æpius experti sunt clade. Nec dum exolevit moshic apud Turcas & Tartaros, ceu recentiores docent historiæ. Imo nec Christianos à veneni usu contra hostes, non solum Saracenos, ut olim, ceu ex Leonis Tacticis ^t appareat, sed & contra se iavicem, semper abstinere, multi sua id sensere pernicie.

*L. c. 138.

V. Cæterum num veneno s^ævire ita liceat, dignum est quod disquiratur. *Divino, naturali, & Gentium jure hostem interfici posse* constat. Gladii enim usus æque in N. atque in V. T. concessus & præceptus est. Rom. 13. Cuilibet etiam sui custodia à Deo est commissa, siue defensio non tantum permissa, sed & præcepta illustri præcepto Decalogi, non occides, cuius etiam neglecti reus fit, qui sui, vitæque suæ, in quam nulli hominum talis potestas competit, ut pro lubitu illius filum abrumpere possit, nullam habet curam. Cunique naturæ Lex vim vi repellere permittat, quando per alterius fecociam in tuto vivere, nostraque servare, vel jure nostro

nostro potiri non possumus, quin per vim se suaque
defendereliceat, dubium non est; & qui mecum pa-
cifice agere non vult, huic iniuste per vim invadenti
juste vis opponitur. Cum enī ut Cicero¹ loqui-
tur, duo sunt genera decertandi, unum per discep-
tionem, alterum per vim, cumque illud proprium sit
hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad poste-
rius, siuti non licet superiore. Et quia, ut non ma-
le Pufendorff,² socialitatis lex ad salutem morta-
lium spectat, ideo ejusdem talis est facienda inter-
pretatio, qua singulorum salutem non pessimdet.
Inde ubi alter ex iusto meo imminet, nulla est lex, qua
meam me salutem prodere jubes, ut alterius ma-
litia impune grassari queat. Et qui ex tali occa-
sione ladiatur aut occiditur, habet quod sua pravitati
imparet, qua mihi isthanc necessitatem imposuit.
Hinc ταῦτα, inquit Cesar³ ad suos legatos &⁴ Dio Cass. 58.
Centuriones, Αὐτὸς δὲ ἔχωμεν, εἴ τω γὰρ μόνως
ἀργα σώζεται, arma semper in manibus habeamus,
hac enim solum ratione pax conservatur. Jure
gentium denique Livius ait, ita comparatum est,
ut arma armis propulsentur.

V I. Armis hinc opus est ad propulsandos
partim hostes, partim ad se suosque contra vim in-
sistam defendendos; quæ quanquam ita fabricari
jure possint, ut graviter laedi, inno & cædi imminent
hostis queat, nam tamen veneno eattingere liceat,
merito queritur. Concise more suo Grotius⁵, ius⁶ de I. B. & P. R.
gentium, inquit, quadam vetas permissa jure natu-⁷ 14.

tra. Nam quem interficere licet, eum gladio, an veneno interimas nihil interest, si jus naturae respicias: *jus inquam naturae*: nam generosius quidem est ita occidere, ut qui occiditur sui defendendi habeat copiam: sed non debetur hoc cuiquam qui mori meruit. At *jus gentium*, si non omnium, certe meliorum jam olim est, ne hostem veneno interficere liceat. Veneno fas esse occidere jure *natura* *Grotius* affirmat. Nimirum jure naturali prohibentur ea, quæ sunt intrinsece mala, citra respectum ad legem prohibentem, quale quid esse arma veneno inficere, ex principio legis naturalis, ut nobis quidem videtur, non probabitur. Concedit sane jus naturæ facultatem hostem qui mihi imminet, etiam cum ipsius cæde propulsandi, si periculum ab eo intentatum, aliter depellere, vel jure meo potiri non possum, quare cum istum extrema quoque à me expectare oporteat; si *aperto marte* res gerenda est, quare non armis veneno tinctis tali, à quo mihi securitatem polliceri non possum, mortem, quam alias meruit, accelerare jure naturæ permisum sit, non appetat. *Veneno occidere fas esse* scribit *B.*

^a *Colleg. Decal.* p. *Danzhauver.* ^b *jure naturæ eum qui mori debuit.* Per fraudem interim hostem veneno tolle-re, vel hoc nocendi genere sic uti, ut clades etiam ad insontes transeat, non licet. Nec enim *Nicæ* fa-

^c *Pyrrh. s. 1 f. 396.* Etum apud *Plutarch.* ^d ἐπαγγελλούσες Φαρμάκων ἀναρρέειν τὸν Πυρρόν, offerentis se *Pyrrhum* necatum, probamus. Recte etiam *Tiberius* apud *Tacit.* ^e *Adgandestrio Cattorum Principi*, contra sim-plicita-

plicitatem Germanicam, mortem Arminij promis-
tenti, si patrande neci venenum mitteretur, respon-
deri voluit, non fraude, neque occultis, sed palam, &
armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. Si-
ne fraude enim Italia, & occulta perfidia, scelesto mi-
nisterio, multiplicique discrimine, cui in fontes vel
ex suspitione paratum insidiarum, vel aliis ex
causis objiciuntur, non committuntur. Licebit,
inquit Græsuvinckelius^b, quidem nocentes ad mor-
tem damnatos veneno interficere, sed palam, non per
fraudem.

^b Smith. ad Seld.
p. 244.

VII. Ceterum quanquam hostis citra in-
juriam *lege naturali* prohibitam, ut armis veneno
infectis petatur, pati possit, eadem tamen, et si legali-
ter non præcipere, suadere recte dicitur, ut *usus ve-
neni* in bello omittatur.. Et hoc probant ratio-
nes doctissimi Alberici Genilis^c. Id enim quod ^{c de I.B. lib. 2. c. 6.}
honestum dicimus, vel stricte tale est, & ut Grot. lo-
quitur, ^d in puncto consistit, ut, si vel minimum inde <sup>d de I.B. & P.la.
c. 2. s. 1.</sup>
abeas, ad vitium deflectas, & sic necessitatem quan-
dam moralem importat, estque ἀργον, ἀραγγεῖων,
τῷοπτον: Deinde dicitur *Latinus*, notatque id, quod
personæ vel rei est conveniens, citra tamen necessi-
tatem moralem, quanquam ad bene esse morale
pertineat, ornatumque quendam rei convenientem
superaddat, & proinde laudabiliter fieri possit, et si
ejus omissione per se & intrinseceturpis non sit. Di-
citur alias etiam *decorum*, estque secundum Hippianum
apud Platonem^e ipsum pulchrum, quod in rebus & ^{e Hipp. fil. 100.}
actionibus esse videtur. Quo fere sensu etiam ex

¹ Contro. inter
Thom. & Scot.
D. II. p. 452.

Schola Doctores nonnunquam aliud juris naturalis strictè talis, aliud ratione consonantiae, h. e. convenientiae, esse docent, ceu apud Radam^f videre licet. Non illi, sed huic ordini adscribimus, armis in bello nolle uti venenatis.

² apud Lindenb.
6. a.

^b 9.

^c de R. G. L. 8.
6. n. 7.

VIII. Militat enim non solum consensus gentium complurium moratorum, quæquæ gloria rerum bello gestarum inclaruerunt, Romanorum olim potissimum, & hodie Christianorum, apud quos licet fuerint qui armis veneno infectis pugnari tantum ramen abest, ut publico haec tenus consensu sit probatum, ut utramque belligerantium partem hoc genus armorum publice etiam detestari audias. Lege Bajuviorum olim mulcta constituta prohibitum fuit, ne quis toxicata sagitta uteretur ^g. Si quis cum toxicata sagitta alicui sanguinem fuderit, cum XII. sol. componas, eo quod in unvan. Sic Germani etiam & Galli pacti sunt inter se Anno 1675. ne bello quod adhuc geritur durante, globulorum veneno tinctorum in praliis & certaminibus usus sit, pacto uti expresso, ita generoso. Ab humanitate, quæ etiam in bello locum habet, ad barbarorum immanitatem veneni usus in bello accedit. Unde Barbari veneno gladios timxerant, ait Curtius ^h. At vero, ut bene Busendorff monet ⁱ, Lex humanitatis, non id solum considerari vult, quid hostis circa injuriam possit pari, sed & quid humanum, adde & generosum victorem facere decet. Suum nimis etiam jus interficiendi temperamentum admittit, cum, ut

Cicero

Cicero¹ recte docet, quādam officia etiam adversus ^{1. off.} eos servandas sint, à quibus injuriam acceperis: Etsi enim in bello societas humana dissoluta sit quoad actum, non tamen penitus est dissoluta quoad habitum, & omne legis naturalis vinculum, æstimanda secundum communem humanitatem, quæ non quidvis in hostem permittit, cœū animal divinum, ad imaginem Dei conditum, quæ humanitatis consideratio, sicut & publicis hostibus sepulturata deberi concedit, ita & æquitatem homini in iisdem interficiendis commendat; cui longe convenientius est hostem perire quam meruit morte, inferenda armorum genere publice recepto, quam ut non intortus moriatur. Recte scribit Abber. Gentil.¹ Per ^{1. 3. de J.B.P.} cruciatuſ necari possunt malefici, sed milites nō juſte.

IX. Viget præterea adhuc charitatis Lex inter hostes, Grotio² id non male observante: Considerari hæc jubet finem belli esse pacem, & sic gerendum esse bellum, ut nihil aliud quam Pax quæfita videatur, secundum Ciceronem³. Ad hunc autem finem obtinendum, ut veneno grasseris opus non est, etsi etiam difficilis nonnunquam sit obtentu. Eadem charitatis Lex cogitari jubet, maiorem multitudinis partem, quæ signa sequitur, esse insontem, esseque complures, qui sæpe coacti arma ferunt, durumque propterea, nec communi humani generis causæ conveniens esse, eodem loco omnes habere, & inevitabili morte omnibus inferenda, adeo grandem societatis humanæ facere hiatum. Jure hinc de sævitia Sullæ Lucanus⁴.

Sylla quod exiguum restabat sanguinis urbe
 Haesit; dumq; nimis jam putrida membra recidit,
 Excessit medicina medium, nimiumq; securæ est,
 Qua morbi duxere manus, periere nocentes.
 Tunc data libertas odis, resolutaque legum
 Franis ira ruit.

Parcere hinc maluit superstribus Spartanis *Antigonus*
n. Iug. 23, 4, 13. P; cum Cleomene se bellum habuisse p^rafatus, now
 cum Spartanis, cujus fuga omnis ira ejus finita est.
 Dicitur eadem hostem juste quidem interfici; sed
 non sine crudelitatis nota, exacerbatique etiam, im-
 potentisq; animi charactere arma, quibus dolor vul-
 neris per se ad mortem ducentis augetur & geni-
7. 1. de Pont. natur, fabricantur. Unde & Ovidius ^q de hostibus
III. 2. siis sic queritur:

Qui mortis savaginantis ut vulnere causas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.

Crudelitas non ira, sed feritas est, secundum *Seneca*^r, cui voluptati severitia est^s. Nec in bello omnia
r. 1. de Ira. 3. licere credi debet, sed & sua divino & humano iuri
7. 2. de Clem. 4. reverentia debetur; bellumq; cum ex justitia cōmu-
 rativas sit gerendum, quantum fieri potest, & ulciscen-
 di & puniendi modus observari debet. Jus lœdendi
6. 2. de Clem. 4. enim & puniendi suos limites habet. *Seneca*^t cru-
 deles vocat, qui occidendi causa occidunt. *Crudelitas*,
 inquit, nihil aliud est, quam atrocitas animi in exi-
 gendis pœnis. Sed quidam non exigunt pœnas, cru-
 deles tamen sunt, tanquam qui ignotos homines &
 obvios non in compendium, sed occidendi causa occi-
 dunt. Nec interficere contenti saviant; ut Siniſ
ille

ille & Procrustes, & pirate, qui captoe verberant, &
in ignem vivos imponunt. Et mox: Illos ergo cru-
deles vocabo, qui puniendi causam habent, modum
non habent. Sic ut in Phalari, quem ajunt nos
quidem in homines innocentes, sed super humanum
ac probabilem modum servisse. Temperamentum
in bellis etiam placuit Theodor. qui ad Clodoveum
Francorum Regem ita scripsit:^{4.} Illa mihi bella fe-
liciter provocerunt, qua moderato fine peracta sunt.
Is enim vincit assidue, qui novit omnia temperare,
dam jucunda prosperitas illis potius blanditur, qui
auctoritate nimia non rigescunt.

X. Sed quid si hostis primus venenatis nos
petit armis? quid si populus internecione delendus?
In illo casu judicamus rigidius potius exercenda esse
ea, quæ jure belli rigoroso alias licita sunt, ex æqui-
tatis tamen & temperamenti ratione, quod circa
jus interficiendi in bello justo, vel alia, observari so-
let, quam ureodem armorum genere venenato, alias
infamato, par pari reddetur. Unde & Salubriens^{4. 8. 6. 20.}
Nec veneni, inquit, licet videam ab infidelibus ali-
quando usurpatam, ullo unquam jure indultam lego
licitatem. Conflixerunt Romani & ante hos Ma-
dones cum barbaris, qui tela, gladios veneno tinxe-
rant, nec tamen propterea ipsi hoc infami armorum
genere leguntur usi. Posteriorem vero quod con-
cernit casum, etsi is, qui mori meruit, perinde sit quo-
ad jus naturæ, seu veneno pereat, seu alio armorum
genere, propter exemplum tamen partim, partim
propter rationes supra allatas honestius venena o-

<sup>Corp. Hisp.
Fran. fol. 158.</sup>

mitti, quam usurpari, censimus. Generosius sanc
et ferro quam veneno vincere:

*Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela veneno.
Vulnera parva nocent, fatumque in sanguine
summo est,*

*Nulla manus illis, fiducia tota vene-
ni est.*

^a L. 8. 304. 388. De Parthis merito canit Lucanus⁷.

^a Notat. in Grot.
^b de J.B. & P.p.m.
453.

XI. Iohannes à Felden², aduersus potentiores
his remediis se tueri, non putat prohiberi posse, pra-
sertim cum in vita conservanda multum liceat a-
lias vetitum; & venia in quam plurimis detur pro-

^a Strictur. contra pter affectum vivendi. Contra Graevvinckel³. au-
Felden. p.m. 244.
§. 16.

dax hoc effatum, & exemplo perniciosum. certe
contra ius gentium, ait, erit. Dabimus casum; sint
que exemplo oppidani urbis Regis Ambigeri apud
Iustin.^b qui Alexandrum, qui nullam adortus erat
urbem, quam non expugnaverat, invictum ferro
audientes, sagittas veneno armarunt, atque ita ho-
stem à muris summoventes, plurimos interfecerunt.

Sint alii etiam obsecsti, quibus hostis ferox & imma-
nis ne deditis quidem parcere constituit, num &
hic armis venenatis resistere licet? Hic vero dici-
mus, quod necessitas, cuius alias favor insignis est,

^a 4. Contra. 27. necessitas, ait Seneca^c, magnum humanae infelicitati-
ris patrocinium, considerari possit vel ex ratione ho-
nestatis, vel ex ratione incolumentatis, vel ex ratione
commoditatis. Siergo quid ex ratione honestatis
stricte

strictet talis in tali casu fieri debeat quæritur, dicimus,
 quod, cum jure naturali defensionem talibus ar-
 mis, communis consensu alias improbatim, non pro-
 hiberi certum sit, licet non sit congrua honestati
 iudicio gentium tali, quibus eiusmodi generis ar-
 morum usus displicet, si necessitas ista ex ratione in-
 columnitatis in posito casu honestati huic poste-
 riori præferatur, venia quidem digna censi de-
 beat, cum sicut vita conservandæ necessitas ad cibos
 non naturales capiendos adigat, sic & ad anima alias
 illicita impellat, odiumq; etiam jure conciliat hosti-
 bus, quod ad talia adegerint; sicut olim *sacrilegium*
Phocensium, licet id omnes execrarentur, plus ta-
 men invidie *Thebanis*, à quibus ad hanc necessita-
 tem compulsi fuerant, quam ipsis intulit, ut *Instinus*^d
 testatur; generosius tamen propter exemplum, & tu-
 tius etiam omitti censemus, quando non solum
 ejusmodi prohibito armorum genere contra ho-
 stem eiusque vires nihil proficitur, sed & talium ar-
 morum usu rabies immanitatis eius adhuc magis
 provocatur, cui etiam hoc pacto crudelitatem suam
 excusandi, cœu juste exercitam, ratio subministratur,
 ut minus male ob usurpatam saevitiam audiat. Sanc-
 si cadendum est, præstat generosa morte hosti inhu-
 mano creare odium, quam illicitorum & moratio-
 rum gentium consensu prohibitorum armorum
 usu vano, justæ sui cædis speciem hosti suppeditare.

XII. Idem multo magis sentiendum de illis, qui
 fontibus & cibis veneno infectis, cladem hostibus in-
 ferre, victoriamq; reportare student. Sic teste *Floro*^e

M. Aqui-

Histor. v. 2.

" 10.

M. Aquilius Asiaci bellum reliquias confecit, mixtus,
 (nefas,) veneno fontibus ad deditio[n]em quarundam
 urbium. Sæpius id alii etiam in bellis factum le-
 gitur. Periculum cui se hoc nomine Gallotum ex-
 ercitus exposuit in Italia, describit Philipp. Comi-
 natus^f. Eo toto ordine fere, & quem quisq[ue] poterat,
 hospitiū locum sibi capiebat, & in magna cramus ino-
 pia commeatus, & per facile fusset Ital[us], veneno
 corrumpere quicquid erat cibariorum putoes etiam
 & omnes aquam. Ita cum Galli imperante Fran-
 cisc. I. Neapolim duce Lotrechio rursum gravi ob-
 sidione urgerent, ferunt, teste Paulo Iovio,^g cui tamē
 vix credibile videtur, Hispanos milites virosis herba-
 rum succis, multoq[ue] lini semine indito, superiectis q[ue]-
 item corrupti tritici quisquiliis, vicinos castris ho-
 stium putoes & cistercas ferme singulas infecisse.
 propterea que inde potantum ventres intumescere,
 surgescentibusq[ue] cruribus, ora horinum usq[ue] adeo
 turida macie pallescere coepisse, ut deformato habitu
 vix inter se noti comilitones noscerentur, rariq[ue] jam
 & segnes custodiarum munia obirent. De Hispanis
 scribit Fallop.^h quod, cum Galli Neapolim obsidio-
 ne urgerent, putoes venenarint, & Italos pistores
 apud eos corruperint, qui gypsum pani admiserent.
 Ita Manuelis Comneni Græc. Imper. dolo, ut est apud
 Nguler.ⁱ gypsum farina admixsum tradunt, unde
 panis quo vesceretur Germanicus Cont. III. Cæsar is
 exercitus confectus est, non sine maxima Germa-
 norum strage. Ab aliis vinum quoque pharmacis
 infusis corruptum legitur.

XII. Nec

^a J. A. de bello Neap.
 fol. 27. m. 873.^b Rom. 2. Histor. l.
 26. fol. 44.^c Prof. de Morb.
 Galli.^d Clermont. f. no.
 256.

XII. Nec illicitum hoc esse existimat Jesuita, & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Franciscus Tole-
tus¹. Posset, inquit, miles unius exercitus, duce con-
cedente per noctem aggredi contrarium exercitum,
cujus causa injusta est, & invadere, & occidere dor-
mientes, quia nulla illis debetur fides, & ipsi
decebant prospicere caute & attendere, cum alios
invadebant, ne ipsi metu invaderentur. Et hoc
modo licet venenum iniicere fontibus,
ut bibentes inde inimici pereant, cum ipsi injuste in-
vadant terras aliorum. Sed non est utriusq; eadem
ratio, hostem sc. securum & dormientem, quem
singulis horis ad resistendum & pugnam prom-
ptum esse decet, nocturna facta in castra irruptione
opprimere, & fontibus venenatis eundem delere.
Vigilantia & promptæ illud fortitudinis est moni-
mentum, hoc vero subdolæ, & inhumanæ, & proin-
gentium jure merito improbatæ fraudulentia spe-
cimen.

XIV. Etsi vero quid hic per ius naturæ si-
ceat difficile forte dictu cuiquam videri possit, cum
hostem veneno tolli, per se eidem non aduersetur,
hoc modo tamen veneno in eundem grassari sanctissimum
ius hoc permettere nobis non videtur. Stra-
ges enim quæ infectione elementorum infertur,
æque ad insontes & nostros, imo qui neutram par-
tem sequuntur, quam ad hostes transit; hoc vero
non est savire in hostem, sed in universum genus
humanum. Et quid est homine indignius, & vitæ
sociali magis inimicum, quam clementa sic cor-

C

tumpe-

¹ I.8. Infrut. Sa-
cerd. cap. 45. p. m.
1262.

rumpere, ut etiam amicum, & qui amico animo provinciam nostram transit, æque ac hostem perdamus! Jus interficiendi hostem non pro lubitu in eundem faciendi facultatem concedit, ergo multo minus eum clade tertii, ad quem lites istæ, quæ inter belligantes intercedunt, non pertinent, ni in primum naturæ placitum, quod innocentem lædere prohibet, peccare velis, contra omnem æquitatem in eundem furere licebit. Bonorum virorum officium esse dicit Polybius,[¶] ut iis à quibus injuriam acceperint parcant, si injuria ulcio in detrimentum innocentium simul sit evasura. Latonæ verbis apud Ovidium alloqui jure licet ejusmodi hostes extreme inhumanos:

Quid prohibetis aquas, usus communis aquarum est.

Conservanda est humanitas, si homines recte diciverimus, ait Laetant:^m Undecim status hostilis statum humanitatis non tollere possit, & utrinque homines pugnant, elementa in usum communem omnium hominum à Deo destinata, sine quibus vivere non possumus, veneno à nonnullis corrumphi, humanitati, cuius non omnia in bello cessant officia, ea scilicet, quæ fini belli juste obtinendo non obsunt, non convehit certum est. Non male scribit doctissim. Feldenius:ⁿ Hostium bona vitamq; pro consequendo fine destruere injustum non est, quando alter nec victoria potiri, nec pena vel vindicante, vel delicta coercente hostes afficere licet, nisi bellum omne à justitia alienum afferere velis. Sed modus his inesse debet, quem finis belli determinat. Plerumq; causa belli ita comparata est, ut non in toto hostis

[¶] Not. in Gramm. de jure B. & C. B. p. m. 474.

hostis deleri posset. Et B. Baetler. ° noster Ius defensionis, inquit, & resistendi injuria, nunquam naturale fuit, nisi cum respectu ordinis, sive salvo ordine, quem natura socialis suo fini consequendo, supremo loco destinavit. Naturalis est hac restrictio: Sive inest in jure resistendi naturaliter hac exceptio, nisi resistendo violetur ordo socialis, cuius primam & summam rationem ipsa natura habet. Nec possunt etiam tales, qui veneno aquas inficiunt, ab omni penitus excusari perfidia; aquarū enim usum dum concedere videntur, & quem etiam concedere videri volunt, aquas veneno tingunt, dataque opera hostes fallunt, cum tamen in insidiis hosti struendis, eo que opprimendo, omnium sapientiū iudicio id dare deceat operā, ne inique, nec ex inhumano iustoq; affectu, odio sc. internecivo, ciusque rabie, sub strategematum specie spes seu ex humanitatis, seu ex gentium jure data, fallatur, & fides hosti debita frangatur, id quod infectione aquarum, ad communem usum omnium sententia concessarum, omnino fieri recte judicatur.

• *Comment. ad
Grot. lib. I. c. 4.
p. 267.*

XV. Præterea cum ipse Deus dederit olim legem de non succidendis arboribus, de quibus Israelite vesci potuerunt, ¹ aquarum, & fontium veneno facta vitiatio hoc ipso à Deo prohibita esse recte colligitur: minus enim est arborem frugiferam succidere, quam veneno aquas & fontes corrumpere. Ebræorum interpres legem sic explicant, ut extendant ad rem quamvis, quæ sine causa peritura sit, ut si ædificia comburantur, esculenta, & potulenta

C 2 cor-

^{9.1.3. de I. B. P.}
^{c.12.}
^{7 de I. N. G. 6.15.}

corrumptantur, ceu *Grot.* & etiam observat; quod & doctis. monet *Seldenus.* ¹ *Nec minus,* inquiens, ex decreto majorum divini de arboribus frugiferis precepti bellici ratione nixis, illiciter erat vasa diffingere, vestes dilacerare, demoliri ades, fontes occludere, aut aliud quid ejusmodi facere, *תורת רוד ita ut inde res periret, usibusve prorsus eximeretur humanis.* Quanquam vero ista lex militaris nos hodie non aequa obliget, imo & in V.T. in certo casu arbores fructiferae succise legantur, offendit tamen eadem, quam in bello aequitatem in hostes etiam observare decet, cui aquarum veneno facta corruptio penitus repugnat.

^{7.4.9.5.}

XVI. Non etiam licet a pari concludere, axioma scilicet belli hoc esse, ut si metuas hostem a tergo insistentem, omnem agnum, vineam, fructus, aedificia, & totam terram igne perdas, ne vivere possit hostis; sicut apud *Curtium* ¹ *Mazaeo mandavit* Darius. Ergo si totam terram ita vastare belli jure licet, quare non licebit aquas quoque veneno corruptere? Eadem enim ratio non est, ibi vis est aperta, non tam iussa etiam in se, quam necessitate maioris malorum virandi permissa, & excusanda potius, quam per omnia simpliciter probanda; hic clancularia perfidia: Illud ad exercitium dominii eminentis revocari, damna etiam illata facilius restitui possunt; Elementum autem veneno corruptere in naturam universam iniquum, in hostes inhuminum & crudele est. *In magna necessitate, inquit Alberic. Gentilis, si id licet, queras fortassis. Quod* ^{1.2. de f. B. c.c.} *nam-*

namq; licitum non est in lege, necessitas facit lici-
tum. nam & sabbathum custodiri preceptum erat:
Macchabaei tamen sine culpa pugnarunt in sabba-
tho. Ceterum respondemus, quod nostra necessitas
non habet violare jura adversariorum nostrorum,
non jura alicujus. Nimirum etiam hosti sua jura
debentur, officia adversus eos servanda, à quibus
injuriam acceperis, ut supra ex Cicerone^u illa voca-
vimus, æstimanda ex natura socialitatis, quæ quoad
habitum etiam inter hostes manet. Sic enim offendas
inimicum, tanquam redditurus cum eo in gra-
tiam, memor quod æque homo sit, atque tu es.

XVII. Quid ex talionis jure liceat, quæres?
supra jam vidimus, non prolixè hic repetendum.
Apud Pindarum^x equidem hæc extant:

^{l. offic.}<sup>Nem. IV. Si. 2.
v. 10.</sup>^{ἀπειρομάχας}

ἴων τε Φανείν

λόγον δὲ μὴ ξυνείσ. ἐπεὶ

βέλοντά τι, νοτὶ ταθεῖν ἔοικεν.

In expertus belli esse videri queat, dictum hoc qui
non intelligit: quoniam facientem aliquid, etiam
pati convenient. Sed ne quid nimis. Talionis enim jus
non eo extenditur, ut hostium injuritiam & scelera
paribus modis repensemus. Nunquam enim simili-
tudine aut impunitate alterius criminis diluitur id;
quod contra te liceat, arguitur factum, sicut ex Am-
mian. Marcellin. ^y docet Nicol. Bellermont. ^z ut ^{lib.30.}
proinde hostium fraudes, perjuria, violatum deca-
que jus gentium & alia nobis reddere, & sic scle-
rate par pari referre non liceat. Alberic. Gentil. ^{l.2. de J.B.c.26.}
^{differ. Pol. L.} ^{p.m.419.}

¶

etiam quanquam rigidior alias, et si in aliis omnibus
velit talionem, ubi tamen de sanguine sit quaestio,
eam non vult, adducitque in hunc finem alibi^b varia
ex Plutarcho, Dione, Cicerone, & Polybio loca, qua
idem præcipiunt. Non enim sic gerendū est bellum,
quasi ipsum genus humanum extirpatum vellemus.

XVIII. fure gentium quod prohibitum
sit aquas veneno corrumpere, nō solum per ea quæ
hactenus discussa sunt relinquitur, sed & inde in-
fertur, quod nunquam hoc medium hostem vin-
cendi publica autoritate fuerit probatum, quod
improbasse gentes potius, gravique poena dignum
censiisse, leguntur. Clades hostium grata erat, me-
dia vincendi talia aversabantur cordatores. Unde
Florus^c de facto Aquilii differens, que res, inquit,
ut maturam, ita insanam fecit victoriam: quippe
cum contra fas Deūm, moresque majorum, medica-
minibus impuris in id tempus sacrosancta Romana
arma violasset. Unde & Casariani Galli, ne ta-
lium armorum usus in moderno bello esset, mutua
inita hoc nomine conventione, ^d gravi sub poena
suis interdixerunt.

^a Verzeichniss usi
Bergleich so zwis-
chen den Rep.
serl. &c. art. 57.

^b I.3. Strang. 7.6.

^c de 3.B. lib. 2. c.

6.

XIX. Mitius censendum tamen judico, de
facto *Clithenis Sicyonii*, aquas vitiantis elleboro,
ne bibi potuerint. Explicat rem *Sextus Iul. Frontin.*
Clithenes Sicyonius, inquiens, ductum aquarum in
oppidum Criseorum ferentem rupit; mox affectis
siti restituit aquam elleborocorrupcam, qua usos pro-
fluvio ventrus decipiens, cepit. Non placet equi-
dem *Alber. Gentili*, & eodem loca habet quo ve-
neficia.

neficia. Contra *Grotius*^f non idem statuenda est.^e L.3. f.3. p.4.
 sed de aquis sine veneno ita corrumpendis, ut bibi s.17.
 nequeant. Id enim perinde habetur, quasi aver-
 tur fumen, aut fontis vena intercipiantur, quod
 & natura & consensu licitum est. Nec differ-
 tiunt Interpreti. Ex quibus *Feldenus* & rationem
 etiam reddere conatur asserti *Grotiani*, quia felicet
 plus prudentia in his cernitur. Non enim tam fu-
 rore, quam ingenio petitur hostis, spiratque hoc
 factum non crudelitatem, sed humanitatem, & pro
 sine habet non cladem hostis, sed victoriam hoste-
 riā salvo; frangit ipsius vires; & languidas red-
 dit, quas tamen recuperare potest, ei autem recuper-
 are non licet, nisi concessa victoria se victum fatea-
 tur. Estque dolus in hostem citra omnem priva-
 tionem juris ipsi debiti usurpatus, quem proinde
 non male *Vir Consularis Frontinus* catalogo stra-
 tegematum inseruit, habens eundem eodem quo
 fluminum derivationem loco.

XX. Alii populis adem hostibus illaturi, scor-
 ta venefica & lae quadam laborantia immiserunt.
Balaicus sane Moabita consilio *Bileami* formo-
 fissimas quasque gentis suę pueras castra Ebraeo-
 rum adire, juvenesque in sui amorem excitare, nec
 concubitum petentibus sui corporis potestarem fa-
 cere jussit, donec mulierauit cupidine ducti à patria
 quoque religione desciscerent, quo facto certam
 Regi *Bileamus* vates prædixerat victoriani, ceu plu-
 ribus *Iosephus*^h explicat. Sic de *A Hispanis* testatur
Palladius, quod cum vim morbi contagiosi, lucrum Ve-
 nereum

^f Antiq. Iudeic.
 1.4.6. Num. 25.1.
 seq. c.31,16.

^g de Morb. Gallic.
 61.1. Opp. f.684.

neream intelligit, cognovissent, clam scorta & eorum formosissima, ab urbe Neapoli obessa expulerint, hoc scilicet fine ut Gallorum exercitus inficeretur. Consilio respondit eventus. Galli enim affecti erga mulieres, ducti pulchritudine, egestate coacti illas exceperunt, libentissime luxuriarunt cum eis infrenes juvenes, & ita passim totus exercitus infectus. Sic & Guicciardin.^{119.} docet Neapoli, emissos studio ab Hispanis qui jam morbo tenerentur, ut Galli pestilenti contagione inficerentur. Verum sicut illegitima, & indecens maris foeminaeque conjunctio, vagaque libido juri naturali per se adversatur, ita scortacemitterent alios suis illecebris capiant, per se quoque malum est. Gravius scelus est, scortorum morbo contagioso laborantium impuro ministerio sic perfide abuti, ut alios sub amoris & amicorum consuetudinis specie incautos inficiant. Jure enim pro veneficio naturae & gentium jure prohibito habetur, cum eiusmodi facto nontam hosti, quam toti generi humano clades inferatur, ceu morbo hoc manifeste accidit, qui cum hac ratione primum in Italia Gallos afflixisset, postea, ut Fallop. loquitur, totam Europam infecit. Sique consultum est, ut morbo aliquo contagioso affectus nuptiis abstineat, ne diram hæreditatem in posteros contagione transfundat, eadem de causa etiam stupri consuetudo cum scorto iure quadam laborante erit omittenda, ut graviori longe peccato se obstringant, qui cum ne scortorum quidem purorum impuro ministerio contra hostes uti debeant, luc venerea laborantes mulie-

16.

mulieres submitunt, quas suam calamitatem ferre,
non aliis in naturæ humanæ perniciem inferre de-
cet. Gravi suppicio sane istas per scorta machina-
tiones in Madianitis repressit Deus, quibus hoc no-
mine parci noluit, nemulieribus quidem. *Cur fami-
nas, inquit Moses^o, reservasti? nonne ista sunt, quæ
deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, &
pravaricari vos fecerunt in Dominum, super pecca-
to Peor, unde percussus est hic populus. Ergo cun-
ctos interficite, quicquid est generis masculini, &
mulieres, quæ noverunt viros in coitu jugulate.*

XXI. Bestias etiam usurpatas in bello, & ve-
natorum animalium subsidio hostes irruentes pro-
pulsatos constat. *Canes & canum cohortes, tauros
etiam, Leones, &c. veteres in prælium duxerunt,*
haud raro. Multum etiam præsidii ponebatur in
Elephantis, quorum beneficio saepe clarissima quæ-
que parta legitur victoria. Nec jure poterat id im-
probari, cum vis hostibus opposita foret aperta, hu-
mana virtute & prudentia superabilis. *Venenato-
rum vero animalium usus ab Alberico Gentili P non
probatur. De Annibale C. Nepos P & Iustinus P me-
morant, quod omne serpentium genus in fictiles la-
genas conjici jusserrit, medioque prælio in naves ho-
stium miserit, mémorablem commento hoc re-
portans victoriam. Sic Atreni, ut est apud Hero-
dian. <sup>¶l.2.de l. B.c. 7.
p.m.262.
¶ Hannibal.c.II.
II.
¶l.32.Histor.4.6.</sup> *q urbem suam quam Severus Imperat. Oppu-
gnabat, propugnaturi, non solum sagittas lapidesq;
superne jacientes pessime acceperunt Severianos,
σκεύη τι καρέμις πεποιημένα ταληροῦντες πήγνων, μικρῶν**

Vicus

Viris Berneggero,^x Bæclero dicitur^y. Excusatione
sane tale factum quin urgente necessitate dignum
concedatur, dubium non est.

^x Not. in Inglin.
^y l. c.
^z Not. in Her-
dian. l. c.

XII. Existimat equidem Alber. Gentil. ^z s.c.p. 262.
parem efferrationem sive bestiolis venenatis, seu ar-
mis veneno tinetis utarisi: nobis non idem vide-
tur. Usus veneni enim per se contra hostes; iure na-
turali non est prohibitus, neceadem hic obtinet ra-
tio, quare jure gentium interdictum existimari que-
at serpentibus uti, uti usus armorum venenatorum
prohibitus censetur. Cum aliud sit arte beneficia
parare, rerumque naturam corrumpere, aliud me-
diis à natura subministratis uti, & ea quæ natura ipsa
produxit aperte, & sine fraude, doloque malo hosti
obiicere. Licitæ enim sunt adversus hostem in-
sidiae, modo absit perfidia. Et in rebus arduis &
afflictis, quales fuerunt Aterorumi, non tam specio-
sa dictu, quam usu necessaria & utilia sequi debemus,
uti Darius ^a olim monuit, præprimis quando
truculentia id imperat necessitas, modo non sunt ta-
lia per se inhonesta, vel communis consensu impro-
bata. Hoc enim casu obtinebit illud T. Quintii
apud Livium, ^b honesta aut sola, aut prima pensari
decere populi & regibus. Nihil, inquit Polybius, ^b l. 34. His. c. 57.
^c 6.
aut faciendum injuste, aut turpiter patiendum, ut
pace frui valeamus.

XIII. Cæterum nova etiam hæc tenus inu-
sistata, & quidem insignein cladem inferentia arma
an fabricare, illisque uti liceat queritur? Ita Livius
novi telorum generis inventi mentionem facit ^d à ^e l. 42.

Perseo. Bipalme spiculum hostili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti. huic ad libramen pinnae tres, velut sagittis solent, circumdabantur: funda media, duo funalia imparia habebat. cum majoris in libratum funditor habent rotaret, excussum velut glans emicabat. Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores invenisse dicuntur Vegetius. Machinis bellicis ab Eudoxo & Archyta inventis, hactenus autem incognitis, quomodo Archimedes Marcelli Syracusas obdidentis conatus cluserit, prolixe Plutarchus exponit. qdā
 • de remili. lib 1.
 16.
 Marcel. iō. 1. Opp. f. 307. seq.
 Bell. Iudaic. 3.
 10.

q̄dā
 τὸς μηχανῶν & ἀρχιμήδεως, inquit, ubi tormenta Archimedes laxavit, simul missilia omnis generis & ingentis ponderis saxa in terrestres copias horrendo fragore atque impetu delata misit, adversus eam vim nemo confistere poterat, sed prosternebant confertim eos in quos incidenter, ordinesq; turbabant: novisque his machinis effecit, ut Syracusani, quos ante pavorem stupore ex metu defixerat, nihil obsistere contra Romanorum vim & vires posse putantes, hostes suos, judice ipso Marcello cluserint. Iosephus & consilio necessitatis adhibito, Romanos lontanam impugnantes ferventi & bullienti oleo perfudit, ut cum dolore saevissimo è muro devoluti, re infecti retrocederent. Nihil tamen terribilius excogitari potuit tormentis nostris aneis, quibus quanta hominum & ædificiorum strages edi possit, & edita haud raro sit, omnes norunt. Sed armorum usus in bello justo ut est necessarius & præceptus, armis enim libertas, patria, parentes, & alia.

alia omnia reguntur, ut est apud Sallust.^h Ita quinⁱ *Jug.*
 ad terrorem & cladem inferendam fabricari, nova
 etiam excogitari queant arma, jure naturæ non pro-
 hibetur, cum enim pactis non geratur bellum, hice-
 bit omnino illis mediis aliis non improbat uti,
 quibus pertinacia hostis frangi potest. Vis etiam
 est aperta omniq[ue] caret fraude & perfidia, & vi,
 coniunctaque virtute opposita propulsare eandem
 & irritam etiam reddere licet; nec aliter etiam sæ-
 pe, quam tali vi adhibita pertinaci hosti jus & æ-
 quum extorqueri, pax item firma stabiliri potest.
 Et si olim, cum ad pugnandum adhuc rudes essent
 homines, novis fabricatis armis hostes jure belli, &
 communi consensu vincere licebat, nemine id im-
 probante, plurimum enim interest quo armorum
 genere in bello utamur, ceu: *Scipio Amirat.*^j monet,
 qui^k *hodie id vitio veretur?* Cum & bellica vete-
 rum tormenta, et si nostris dissimilia, itidem maxi-
 mam sæpe numero & honiūnum & ædificiorum
 stragem ediderint, judicio *Scipionis Amirat.*^k qui &
 rationem huius inventi dat, *quia scilicet quo eung-*
brachia non extenduntur, necesse est, ut eo instru-
menta, brachiorum viribus vibrata, perveniant.
 Et sicut non ferro tantum, sed & ingenio hostem
 vincerelicet, ita recte *virtus arti,* & rursus *ars vir-*
tuti immiscetur, ut illa impetu hujus fortior, hac
illius scientia cautior fiat, ut loquitur Valer: Max.^l *l.c.l. 19. d.3..*
 Novis ergo & hodie uti licet armis, de hoste enim
 in bello justo quovis modo vindictam sumere li-
 cit, si citra perfidiam & jus hosti ctiā debitum fieri

D 3. possit,

possit, qua in re tamen cautos esse decet, ne eiusmodi conficiantur arma, quæ plus ad crudelitatem exercendam, quam victoriam consequendam facere videntur.

XXIV. Contingit equidem nonnunquam, ut ad minuenda pericula racite sint quadam bellan-

^m de l. B. B. 3. 3. ^{16.} tium conventiones, ut Grotius ^m loquitur, que in admodum olim, ut est apud Strabon. ⁿ inter se Chal-

ⁿ l. 10.

cidenses & Eretrientes convenerunt, ne manente bello liceret usi missilibus, μη χενῶν τηλεβόλοις.

^o Histor. Neapol. De Alfonso Neapol. Rege author est Colenutius, ^o
^{b. s.} quod cum in nave prætoria terrestre suorum pre-
lium cum Neapolitanis, quorum Dux erat Sfortia,
videret, & nihilominus ex suis triremibus suorum
menta ex latere vibrare jussisset; observans fortia
facta Sfortia inter præliandum, vetuit; ne in eum
locum, ubi Sfortia pugnaret, tormenta emitteren-
tur. Quam rem cum Sfortia ex captivo & quarsia
cognovisset, mandavit & ipse vicissim toti exer-
citui, ne tormentis deinceps peterent Alfonsi na-
vem. Nec rara sunt circa ea quæ in bellis contingen-
tunt, vel alias licita sunt, eiusmodi gentium pacta.
Quemadmodum etiam Germani & Galli exorto,
quod adhuc flagrat, bello, de non usurpando certos
globorum genere inter se anno 1675. Argentorati
conyenerunt: Ita enim im Vergleich so zwischen
der Kaiserlichen und Französischen Armeen, so
wol auch beiderseits Alliierten die Auswechsel-
und racionirung der Gefangenen betreffend / ist
aufgerichtet worden in der Statt Straß-
burg

burg den 27. Aug. 1675. loquauntur: ^P So sol auch ^{a. 57.}
 hiemit beiderseits ernstlich und scharff verbot,
 ten seyn / sich keiner Drat-vergiffeten ge-
 stirnten/und mehrerley ungewöhnlich si-
 gurirt-und formirter Kuglen NB. ins künftig
 zugebrauchen: bey dem derley verbotener Zeug
 wird gefunden werden / der soll auf gesinnens/
 von der Parthen/ zu welcher er gehöret / exem-
 plurisch gestrafft werden. Referunturq; ea à Con-
 ringio, ^{P de leg. 9.24.} Rachelio ^{de I.N.G.p. m.} ad iugentū, num propriet, ut Vi-
 ri hi Clarissimi contendunt, an abusivè? ut Ziegeler-^{244.256.}
 rus ^{Nat. ad Gros. p.} vult, jam non disputo. Negari interim ne-
 quit, quod cum bella ad justitiam exsequendam; & ^{57.}
 non ad internacionem & excidium populorum, ni-
 si hitale quid meriti fuerint , nec tam ad cladem in-
 ferendam generi humano, quam pacem aquiren-
 dam geri debeant, vita hominum sociali, & huma-
 nitatis officiis, quæ hostes, eo quod homines sunt,
 sibi invicem etiam debent , admodum conveniens.
 sit eiusmodi conventio de omittendis nonnullis
 actibus , qui belli jure alias pro licitis habentur,
 quanquam altera , si ei aliter visum fuerit, ad talem
 conventionem ineundam nullojure adigi possit.

XXV. Non autem verum est per hoc armo-
 rum genas nullum locum relinqu fortitudini.
 Archidami vox nota est apud Plutarch. ^{f. Nam καλα-} ^{Propb. s. 2. Opp.}
^{πληνερ idων βέλος την πρώτην ἐκ Σικελίας κομισ-} ^{s. 191.}
^{στήν, αὐτούς δε, οἱ Ηράκλεις, δοτόλωλεν αὐδρός αρισταί.}
 Catapulta cernens telum, tunc primum è Sicilia al-
 latum, exclamavit: Hercules, actum est de
 viri virtute! Ita cum Stephan. Poloniae Rex

Mosco-

Moscovia munitamenta aliquot lignea globis carentibus immisis incendisset, conquestus est Russus, apud Lips.⁵ *Ius armorum belli violari, & armorum decus pollui nova fraude.* Verum quo terribilia sunt hæc recentiorum arma, eo plus fortitudo circa adeunda pericula, quæ à novo hoc tormentorum genere oriuntur, conspicitur. *Rebus in angustis animosus atque fortis appare, monet Horat.*⁶ Quod non aestimatur ab armis, sed ab animo, & constantia in subeundis periculis, quæ viribus humanis depelli possunt. Juvant arma virum forte, nec prosunt ignavo. Nec fortis etiam, sed timidos à pugna arcent recens inventa arma; quanquam in præliis & munitamentorum expugnationibus haud rares non tam bombardis, quam gladiis geratur, ut proinde in illis non semper certa spes victoriae collocari debeat, observante Salmuth.⁷ Tractavit hanc questionem etiam, nobisque consentit Alber. *Gentil.*⁸

⁵ Com. in Guid. Pandrol. Rer. me-
mor. l. 2. p. 286.

⁶ de L. B. 2.7.

XXVI. Circa pulveris pyri usum, et si varia quæ possint, quæ studio omittimus, illud tantum discere juvat, num Clasiarii rebus desperatis, cum sibi subeundam vel captivitatem, vel mortem vident, pulvere pyro, quo ipsi cū hostibus pereant, & sua clade hostibus quoque cladem inferant, ignem subjicere possint, compluribus, Batavis potissimum, affirmantibus, nos negamus, qui factum hoc pro ~~ανωχεία~~ indirecte tali habemus. Furor potius est, rabies, desperatio & belluina feritas, quam vera fortitudo. τὸ δοθησκεν Φεύγοντα πνίαν, ἡ ἔρωτος, ἡ λυπηρὸν, τὸν αἰδρεῖς ἀλλὰ μᾶλλον δειλός, non ut vel pauper-

paupertatem, vel amorem vel molesti quippiam fu-
 giamus, & sicetiam captivitatem fortis viri minime
 est, sed potius timidi, ait Aristotel.² Et sicut Sagun-
 sinos nemo laudaverit, quod suis se everterint ma-
 nibus, dum versa denique in rabiem fide, immanem
 in foro excitarunt rogam, zum desuper se fuosque
 cum omnibus opibus suis ferro & igne corruperunt,
 apud Flor.³ Simile huic est factum classiariorum in-
 censo pulvere scipios perdentium. Est equidem
 mors præoptanda, si fuga respublica aliquid accipit
 detrimenti; si vero morte parum eidem emolu-
 menti assertur, & superstites adhuc patriæ laboranti
 possumus prodesse, præstat salva honestate fugam
 capessere, & ad meliora Reipublicæ se reservare tem-
 pora, quam citra necessitatem mortem appetere. Ele-
 ganter Josephus^b ad Judæos desperatione, qua semor-
 ti devoverant, oocitatos, quid tantopere, inquit, pro-
 pria cadis avidi sumus? aut cur amicissimas res,
 corpus & animam, in dissensionem vocamus? muta-
 sum me quisquam dicet? sed Romani hoc sciunt,
 optimum in bello mori? sed lege belli, hoc est à vi-
 etoribus trucidari. Proinde si quidem Romanorum
 ferrum deprecor, vere meo gladio meaque manu sim
 dignus: sin illi hosti suo parcendum putant, quando
 justius non ipsi nobis pepercerimus? Quippe stoli-
 dum est ea circa eos admittere, pro quibus ab illis
 dissensimus. Pulchrum enim esse pro libertate mori,
 & ipse fateor, pugnando tamen, & illorum mani-
 bus qui eam praripiuerent. Non etiam jus Magi-
 stratus in subditi vitam eo usque extendit, ut ju-
 bere possit quandam scipsum vita privare. Pericu-
 lo dis-

^a 3. Eth. 7.^b I. 2. Hist. 6. 6.^c 3. de Bell. Jud.^d 14.

lo. in quo pereat caput civis, & subditi objici potest, præcipi eidem, ut seipsum vita privet, non potest. An vero uti non sub his, ita sub nullis plane aliis circumstantiis à *Classariis* hoc fieri possit, dubitate. *B. Schallero*^c nostro, non definio, cum sciam summorum viorum non eandem esse sententiam.

* Disp. de Aut. chir. §. 39.

* Num. 21, adde
Joseph. antiquit.
Jud. 4, 6.

* Lexic. Thalm. f.
974.

* de vita Conf. M.
I. c. 30.

* 2. de Vis. C. c. 4.

§. 1.

¶. 23.

XXVII. *Magicis deniq; artibus & armis* sœpe in bello pugnare placuit. Sic magicis carminibus *Balaclus* Moabita, ascito Balaamo ditis imprecacionibus, Ebræos debellare tentavit. ^c Prisci item *Egyptii* non armis solum, sed & Magicis in bello usi sunt, *Iannes* sane & *Iambres* famosissimi *Egyptiorum* Magi, qui Mosi divina virtute miracula patranti se opponere non dubitarunt, in Pharaonis exercitu, quo Israelem persecutus est, una fuisse & in mari rubro periisse, à Judæis dicuntur: Sic enim in antiquissimo *Medrasch* apud doctiss. *Buxtorff*. ^d legitur: *Dixerunt sapientes nostri, quando in mari submersi sunt Egyptii, fuerunt inter ipsos duo Magi, quorum nomina Iochane & Iambre, qui dixerunt Pharaoni, si per manum Dei fiat hoc, non prævalebimus ei, sed si per manus Angelorum fiat, poterimus illos prosternere in mare.* *Maxentium* incantationibus usum ad bellum impetum à se avertendum tradidit. ^e Constantinus M. quoque cum precebus adhibitis ad bellum se componeret, *Licinius* præstigiis magicis ad bellum se parabat, deceptus diabolici responsis, eodem authore. ^f De Biarmis Lapponum majoribus idem testatur *Saxo Grammat.* ^g Persas contra Turcas magicis carminibus procellam evocasse in illorum cladem *Iovius* ^h credit. Nec Christia-

Christians denique ab hoc impio subsidii genere, ad devincendos, vel depellendos hostes suos, abhorre scriptores notarunt. *Guilielm. Boëckel* ⁱ sa vidisse, ^{1 Bell. non bel. Re-}
& audivisse, testatur aliquos fastuosè infatuatos fui- ^{conf.}
se gloriatos, quod, et si hostis multopedite & equis in-
structus & superior, plures equites peditesq; hostiles
oculis siffrere valeant, dass sie vil Reiter un Rnech-
te im Felde machen/ gegen ihrem Feind sich fest
sitzen/ und stärcker ansehen lassen können. Quid
*in obsidione *Nenheusela* ann. 1663. contra Turcas*
nonnulli tentare non dubitarunt, æque severe atque
pie improbante & impediente Principe Pio, testa-
*tur *Theatr. Europ.* In celebris etiam urbis cuiusf-*
dam obsidione accidit¹, ut cum obfessi globis & ^{1 H. obfd. Gra-}
missilibus ignitis urgerentur, laminæ cui pila ardens ^{ning.}
involuta fuerat, hæc verba inscripta lecta fuerint:

PATER ET PRINCIPIUM SAPIENCIA FI-
 LIUS UN SPIRITUS ET SANCTI ET
 SIRA NUSMTO S. BC DEMB EI NUS DC
 DC D DOE OPEHOPRT GRUHAP (alii
 legerunt CHNAP) AMEN. artibus magicis uti
 hinc obfessores colligebant obfessi.

XXVIII. Sed hoc est Acheronta movere, fleti si nequeunt superi. Magicis artibus & diaboli auxilio uti, quemadmodum per se est impium, ita quoque in bello. Execrabile enim est omne quod cum pravis spiritibus & dæmonibus instituitur commercium, & execrabilis sunt, ut *Lactant.* ^k loqui- ^{1 l. 2. c. 17.}
magorum artes, quibus etiam Diabolus contra illos uritur, quibus videri vult esse subsidio. Eleganter loquitur *Gregor. Nazianz.* ¹ g̃der d̃i oī ^{1 Orat. 40. f. 648.}

περιλαμβάνων καὶ ἐπομέτων, οἷς ὁ πονηρὸς, σωματό-
χεμη, κλέπτων εἰς εἰαυτὸν δοτὸ γέθει τὸ σέβας τὸ τοῖς
καθυπόροις, nihil tibi amuletis nec incantamentis
opus est, cum quibus praus ille in leviorum homi-
num animos simul irrepit, venerationem Deo debi-
tam furem ad se transferens. Divino auxilio ob-
tinetur victoria, quod nec Gentiles latuit, qui pro-
pterea à Deo victoriam petendam esse consueve-
runt; Unde Hannibal apud *Liv.*^m Italiae bellum il-
laturus *Gades* profectus est, *Herculi vota exsolvens*:
*novisq; se obligans votis, si cætera prospere evenis-
sent.* Nec minus Romæ belli Punici causa, quod ab Hannibale imminebat, supplicatio per urbem ha-
bita, atque adorati Dii, ut bene & feliciter eveni-
ret, quod bellum populus Romanus jussisset.ⁿ μάχονται
μὲν ἐξ ἔκπερας ἀεὶ σφιλᾶς αὐθεντος, βεγκένει δὲ ὁ
Θεὸς, ὅπως ποτὲ αὖτις δοκεῖ, καὶ γέ τλέμεις δίδωσι κερ-
τῷ, dimicant utrinque ex acie homines, at Deus
victoriam & robur bello, quandocumque visum im-
pertit, dicebat olim *Belisarius* apud *Procop.*^o Ma-
gicis vero artibus neglecto Dei, Diaboli ope vincere
satagunt mortales, non sine horribili idolatria, de-
speratione, & divini nominis odio.

XXIX. Habet præterea alia adhuc armorum
in bello prohibiti locum, quando sc. militibus
interdicitur, ne in necessaria etiam sui contra commi-
litones instituenda defensione, omni armorum ge-
nere utantur, de qua extant Constitutiones D. M' A-
XIMILIAN. II. Cæs. ^p & D. FERDINAND. III. ^q d. de
hac in præsenti non queritur.

SOLI DEO GLORIA.

^m Articulatissimi

ⁿ An. 30.

^o Articulatissimi

^p An. 30.



DE
PRODITIONE
DISSERTATIO.

De proditionibus frequens est, belli potissimum tempore, sermo, ita ut ubi voto vel eventus non responderit, vel præter opinionem res aliter ceciderit, statim ex composito, & proditione rem ita gestam esse multi præcipiti suspicentur sententia. Varia etiam de occulto hoc perfidiæ scelere audiuntur judicia, non illorum solum qui castra sequuntur, quibus saepè utinulla ratio vincendi turpis est, ita cum Antigono, sibi urbes alienas oppugnantibus commentarium de justitia adferri, tident; sed & eorum, qui à strepitu armorum remoti, æquum & justum quieti audire possunt. Nobis quid ex justi rectique Philosophia hic videatur, Colloquii Academici ergo secuturis significare constitui-mur thesibus.

§. I. *Proditor itaque quis dicendus sit, eadem omnium neque vox, neque sententia est: Nonnunquam enim latius, non-nunquam strictius loquuntur.* Anton. de Escobar (a) proditionem esse docet, alium ob pecuniam in discrimen adducere, seu alii ledendum offerre, vel inuste accusare. Cardinalis Toletus (b) amplius proditionis crimen extendit, non circa personas tantum, sed & circa res immobiles, castra seu villas, civitates; mobiles item, pecuniam scilicet alterius absconditam, & secreta, quam in detrimentum

(a) Theol.

Mor. p.m.

284.

(b) Instr.

fac. p. 1260.

- aliorum aperiuntur, committi illud statuens.* Similiter sere scribit Antoninus, (*c*) proditionem fieri cum *damno rerum, vel persona: P.I. t.i. aut manifestatione secretorum Domini, vel familiarium eius.* Unde c. 22. *Fabius Incarnat.* (*d*) Proditionem dicit esse *deceptionem contra da-*
- Sacer. P.I. tam fidem, vel debitam, in damnum alicuius.* Strictius vero loquitur. 3. p. 163. tur *Lipfus*, (*e*) vint clangulariam quæ capitâ Regis minatur infi-
- (*e*) *Pol. 4. dius appellans, proditionem vero occultam in loca ejus, copias, ar-*
10. 3. *ces, molitionem.* Veruanen in rvero stylo probatorum scriptorum etiam mercede venalem proditionem Regibus imminere, reges-
- (*f*) 4. 10. 16 que prodi posse dici, ex *Curtio* (*f*) constat, qui Darium Græcos Alexandri milites sollicitasse ait, *ut Regem interficerent, aut proderent.* Et quominus ille Pyrrhi familiaris, qui, si premium sibi quod bellum citra ullum discrimen susbulisset ostenderetur à Romanis, vene-
- (*g*) *Pyrrh. nosē Regem necaturum scripsérat, ut est apud Plutarch.* (*g*) ad Con-
£ 396. *sules, Prodigor appelletur, nihil obstat.* Ita qui alios perfide deserunt, aut alias destituunt, quibus adesse debebant, vel perfide oppugnant, eosdem prodere dicuntur *Ciceroni, Livio, Tacito.*
- (*h*) *I. 6.* Eadem acceptione *Herodianus* (*h*) utitur vox προδότρων: τὰ ὑπὸ τὰς ἀναλογίας δι ἀμέλειαν προδότρων, i.e. interprete Politiano: quis res in oriente per negligentiam prodidit. Unde *Paulus Mediolanensis*. Legatus apud Procop. (*i*) προδόται, inquit, ὅμα καλεῖσθαι εἰσι δίκαιοι, οὐχ οἱ ἀπὸ τὰς πύλας τοῖς ἐναντίοις ανακλίνοντες μόνον διληπτίζοντες, οἱ μὲν καὶ μᾶλλον, οἱ ἀπὸ πολυρρεμένης ταράχης τοῖς φιλάρτοις αμύνεται οἱ δὲ τὴν ἀκένθυσιν ὄχυροι πρὸ τῆς ἀγωγῆς εἰλόμενοι, τὴν εκάπερ ἀπεκράτησι τοῦ πολεμίου διδώμασι, proditores iure non solum sunt nancipandi, qui portas hostibus parfecerint: sed longe magis qui obcessis & amicicia conjunctissimis ferre dum auxilium querunt, id tamon, vel periculum veritis, vel quia oculum magis quam negotium malum, quam negligent, in hostium divisionem hos tradunt.
- (*k*) *Pol.* Latius etiam locutus videtur de Proditione *Althus.* (*k*) cui res media, & adiaphora dicitur, qua bene & male uti possumus. Intellegit nimirum quameunque manifestationem & traditionem, animo alterum decipiendi eique nocendi factam; quæ quod extra perfidiaz casum locum habere possit, infra docebitur. Imo non nullis tam laxa est hujus vocis significatio, ut notet quodvis, jucundum etiam, indicium. Strictiori vero & magis propriofensi, quem etiam
- Digitized by Google

etiam nostra spectabit dissertatio, non nisi cum perfidia quadam conjunctam notat detectionem ejus, quod occultari debet, qua- cunque id fiat ratione, animo nocendi factam.

§. 2. Hoc perfidiæ malo qui nocere solent, non ex hostibus sunt apertis, sed è nostris hominibus, certe qui nostri esse creduntur, qui fidem & amicitiam nobis debent, qui inter nos haud raro vivunt, & quos nobis amicos esse credimus : Unde Messias verbis Davidis Ps. 41. de Juda sui proditore facto ita queritur : *Homo pacis mea in quo speravi, qui edebat panes meos : magnificavit super me supplantationem.* Et Tullius apud Livium (k) (l). i.c. 28. à Romanis dimicatum fuisse ait non magis cum hostibus, quam (qua dimicatio major ac periculosior est,) cum proditione ac perfidia socio- rum.

§. 3. Familiare autem scelus hoc illis est, quibus auri sacra famæ potior est fide, quam DEO, patriæ, regi, parentibus, liberis & amicis debent. Nullum enim est, Cicerone judice, (l) officium (l) Orat. tam sanctum atq[ue] solenne, quod non avaritia comminuere, aut violare proQuint soleat. Quod malum cum in Romanis luxu corruptis, & hoc nomine omnia argento vendentibus, animadvertisset Jugurtha, quos armis desperabat, quas emerat proditionibus vincere studuit. Nechæc vis auri Macrini milites defectores latuit, quos copiis Imperatoris ad se ad officium reducendos missis, Βελάνια χρημάτων, μίγα δίλεα προδοσίας, sacculos nummorum plenos, magnam scil. proditionis escam, non infelici eventu ostendisse, autor est Herodianus. (m) Quo nomine etiam, cùm laxe numero proditores non gratis perfidi esse velint, Moraliū Doctoribus filia & proles avaritie proditio dicitur, Angelo de Clavas. (n) Summa. Toleti, (o) Escobari, (p) alii.

§. 4. Libido etiam ad proditionis malum homines impulisse observata fuit. Pravo quippe amore flagrantes, obstre- p. 1259. pente furore, rationis dictamina rectæ non admittunt :

Quod ratio poscit, vincit ac regnat furor,

Potensq[ue] tota mente dominatur DEVIS,

fatetur Phædra apud Senecam (q) Hippolyti incensa amore; qui (q) Hippol. proin etiam Heracleo (r) si quid cupiverit, ἔχειν εὐτίται, ἔ (r) Plutarch. χρημάτων, δόξης, vel vita, vel pecunia, vel fama redimere dicitur. Amator. t.z

(s) I. 4. de Hinc Romilda apud Paul. Warnefrid (s) male fano Avarorum re-
Gest. Longis Cacani, quem è muris Foro Juliani conspexerat, amore fla-
gobard. grans, libidinis explenda gratia, prout pacta erat, hosti portas ape-
c. 38. ruit, & ad suam cunctorumq; perniciem hostem introduxit. Non-
nunquam etiam proditio præmium expleta libidinis legitur, uti
insidias, quas Ligurum Rex Coianus Massiliensibus extruxerat,
(t) L. 43. c. 4. mulierem quandam, regis cognatam prodidisse, Trog. Pompei. (t)
autore est, quæ adulterare cum Græco adolescenti solita, in amplexu
juvenis, miserata formæ ius, insidias apernit, periculumq; declinare
jus sit.

§. 5. Non minus ex ultionis studio proficiscitur haud raro
hoc perfidiæ malum. Solarium enim illis qui injuriarum accepe-
runt, vel se accepisse credunt, afferre videtur vindicta, ut læsis hinc
nihil dulcius ultiōne dixerit Quintilian. (u) Unde cum nulla alia
re fides ita concutiatur quam injuria, minus tutæ illi fidæ, quem
anteal læsist; cum an plene eandem concoixerit, merito semper
dubitaveris. Δειρβ̄ εσιν αρ̄θρωτ̄ οδικηθ̄, ή ρομας γε αδι-
κιδ̄, νεβεμενεστ̄ homo, quem vel affectus est inuria, vel affectus

(x) Dio se esse putat, ait Cicero. (x) Imprudenter hinc Astyages meriti sui
Cass. l. 44. in Harpagum oblitus, summam belli eidem commilit, qui dissimulato, quem ex filii ab Astyage crudeliter cæsi conceperat, do-
lore, odium regis in vindictæ occasionem distulerat, acceptum

(y) I. 1. postmodum exercitum Cyro perfide prodens, ceu prolixius Herodotus (y) exponitur. Ita Albertus Wallensteinius offensus, ut
Acta Publ. testantur, FERDINANDUM II. Ces. August. de
mutando exercitus sui duce ex Reipublicæ necessitate cogitare,
proditionis perfidia Cæsaris consilia turbatum & vindicatum
ivit.

§. 6. Alios ad proditionis scelus præcipites agit ambitio,
qua sua sorte non contenti, dignitatem quam apud suos non in-
(z) Nep. veniunt, exemplo Pausaniae Spartani, (z) scelere apud hostes que-
Paul. rere non dubitant. Hanc enim, recte observante Forstnero, (a)
(a) Not. ad consequitur arrogancia & contumacia, sui admiratio, & aliorum con-
Tacit. P. temptus, sinistrum deniq; & cum superciliosum de cunctis in re-
m. p. m. 83. publica securus, ac ipsi vellente, gestis. Sequuntur hinc, si vitia hæc
male fuerint recta, emulatio inter ordines, inter Duces exercituum
eiusdem

ejusdem Reipub. cuius impetus publicam haud raro perdidere
salutem ; & factiones : Nam, ut Mæcenas ad Augustum (b) Dio.
et Suvalātāpoli, inquit, τῶν τε πρώτων ἀρχέμενοι, καὶ τὸς ἀδευτέρους
μείζους ταῦτα εἰναι κατὰ φύσιν, Potentes & primi esse cupiunt,
& infirmiores mercede conducunt, omniaq; adeo sursum ac deorsum
ferunt aguntq;. Quæ mala, in plurium potissimum statu, saepe ex-
teris hostibus occasionem struendæ proditionis præbuisse, Histo-
ricis observatum fuit, ejusmodi hominibus elatis totius Reipu-
blicæ statum potius, quam privatam suam conditionem immuta-
ri præoptantibus. Sic in aulis Principum eo nonnunquam pro-
greditur aulicorum æmulatio, ut, Baccl. (c) notante, in mutuum (c) Com-
excitum & ruinam alter alterius intenti, occasionem ex Republica, & in Tac.
motu temporum corripiant. Quæ res eo majori discrimini est ob-
noxia, quo potentiores sunt ministri, ipsi etiam Principi metuen-
di, præprimis cui inter contendentes parum, vel nihil est aucto-
ritatis, cujus hinc saepe status proditione penitus pervertitur. Un-
de Tacitus (d) causas proditionis qua sui Vitellium perdiderunt (d) 2. Hist.
expositurus, de illis, nobis, inquit, super insitam levitatem & prodi-
to Galba mox vilem fidem, amulatione etiam invidiaq;, ne ab aliis
apud Vitellium anteirentur pervertisse ipsum Vitellium videntur.
Quæ doctissimo Commentario, Cæcina proditoris perfidi, ho-
minis ambitionis inodorem depingente, illustravit Bacclerus. (e) (e) I. c.

§. 7. Sceleratos præterea homines ex scelerum conscientia, P. 722.
& paenarum metu, denique ut paenæ evitarent, cum hostibus pa-
sto perfide inito, proditores egisse observatum fuit. Alii patriæ,
ex qua ob scelerapulsi fuerant, & honorum ibi amissorum recuperan-
do rans ergo, proditores illorum à quibus excepti fuerant facti
sunt. Alii ut fidem, quam se patriæ suæ debere credebant, proba-
rent, perfide in perniciem illorum, apud quos vixerant, se à suis
popularibus solicitari admiserunt. Alios alia dementia, & men-
tis impotentia ad perfidiam hanc committendam abripuit. Nam
uti πολυχιδὲς καὶ ποικίλον τὸ φεῦδθ, ἀπλῆ δὲ τὸς ἀνθράκας οὐ χάρις,
multiplex & varium est mendacium, veritatis autem gratia simplex,
ut Theodorus. (f) loquitur: ita varia, quæ hominibus imponit, & (f) t. iv.
in sceleris eosdem præcipites agit, est malitia, nec uno se prodit opp. f. 32.
schemate,

§. 8. Charaffere morali etiam notavit hoc genus hominum,

(g) 4. Pol. & quales sint, qualeq; illorum ingenium, expressit *Lipsius*. (g) Av-
20. 53. sqq. ri scil. tubdoli, temperarii, leves & instabiles, occulti denique &
dissimulatores, & simulatores, qui in parvis, & ubi non spes iucri
apparet, fidem simulant, ut majore pretio, & minore suspicione
in magnis prodant: Homines sine omni fide & religione; ad
haec scelerati: semel enim commisso scelere mox *vitis est fides*, sicut

(h) 2. hist. in *Basso* & *Cæcina* flagitiosis proditoribus *Tacitus* (h) notavit, pre-
101. 2. lixius id explicante *Bæclero* (i) nostro: Ingrati insuper, serpentes in

(i) Com. sinu illius, à quo foventur, quorum efficacissima viros sunt, ut *Valer.*
P. 723.

(k) 1.9. c. 6. *Maxim.* (k) loquitur, mentiri & fallere, fructus in aliquo admissis

(l) 1.1.c. 28 scelere confisit; cum quibus proin, secundum *Livium*, (l) dimis-
ratio major ac periculosis est, quam cum hostibus, in quantum sc.

difficilius occulta prævideri, & hoc nomine plus, ceu tela minus

(m) 1. in prævisa, etiam nocere possunt. Bene *Cicer* (m) nulle, inquit,
Vetr. p.m. occultiores insidie, quam ea qua latent simulatione officij, aut in ali-

93. quo necessitudinis nomine, nam eum, qui palam est adversarius, facile
cavendo vitare posis, hoc vero occultum, intessimum ac domesticum
malum, non modo non exsistit, verum etiam opprimit, antequam per-
spicere atq; explorare potueris.

§. 9. Ab hoc scelere qui manlerint immunes, vix status &
vitæ genera erunt, cum & personas *Ecclesiasticas*, Episcopos
scil. sacerdotes; & *seculares*, Exercituum Duces, Principes etiam,
Legatos, Consiliarios, Cives &c. proximos etiam consanguineos
suorum agnatorum, magistros item discipulorum, servos Domini-
norum, subditos imperantium, clientes Patronorum, exules &
transfugas benigne recipientium proditores fuisse Historicorum
monimenta testentur. Peccatum nimirum originis ubique re-
gnat, unde à nullo vita humana ordine humana aliena censeri de-
bent: quanquam longe fœdissimum scelus fuit, & gravius etiam
notandum, si Episcopus, quem irrehrensibilem, & rebus hujus
seculi non implicitum esse decet, hujus criminis reus agitur,

(n) De Gest.
Franc. 1.5.
f. 50. 42. quemadmodum *Roberto Grguino* (n) autore, *Lauduni cum uxore*
agentem *Hugo qui Capetus appellatus est*, ope atq; proditione *Anselmi*
urbis antisistit recepta urbe Carolum Lotharing. intercepit. Fidem
fere superaret, nisi verbum quod est veritas, infallibile perhiberet
testimo-

testimonium de *Juda Apostolo*, quem neq; personæ, quam hostibus prodere cum scelerato suo animo constituerat, dignitas, neq; Apostolici munieris sanctitas, ab immanni proditionis scelere revocare potuit, & verbis & factis, ut nequitia nil decesset, Domini, magistrorum, salvatoris, & DEI sui proditor factus. *Judas*, inquit Hieronymo. (o) de *Apostolaeus fastigio in proditionis tartarum labitur, nec (o) in Epist. familiaritate communi, nec iniunctione bucella, nec obsequij gratia ad Rust.* frangitur, ne hominem tradat, quem filium DEI neverat. Demique nec mares tantum, sed & foeminae hoc perfidiae genere infames fuisse compertum est. Sunt enim ut *Quintil.* (p) recte judecatur, *E si foeminae ad scelerata vires, cum habent causas virorum. Quin* clam. 2. *imo si interroges, facilissim hec peccata metu, odium, ira corrumpunt.*

§. 10. Cæterum huic proditionis perfidiae obnoxiae sunt Personæ & Res, ut proin objectum hujus sceleris aliud recte personale, aliud reale dixeris. Ex personis huic discriminî non objiciuntur Reges tantum, Principes, aliquique imperantes, & Rerum publicarum ordines, regna & Respublicæ, civitates, quæ multo tempore parte, uno momento prodita perduntur;

*Eben quam brevibus pereant ingenia causis !
Imperium tanto quasitum sanguine, tanto
Servasam, quod mille ducum peperere labores.
Quod tantus Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.*

merito queritur *Clandian.* (q) de *Rustino*: Exercitus etiam, exerce- (q) l. 2. in citiunque duces & socii: Sed & ipse mundi Salvator Christus & DEUS, suorum erga se proditoriam expertus est nequitiam; liberi etiam in Parentes, uxores in maritos, & vicissim hi in illos, fratres etiam in se invicem, hoc occulto perfidiae malo grassati sunt haud raro, cuius immanitatem etiam illi, qui alii supplices facti, eorum fidei se crediderunt exules sensere, quibus miserabilis etiam sua conditio non satis præsidii esse potuit. Occulta dein moluntur proditores in res & facultates aliorum, tam mobiles, thesauros scilicet absconditos, quam immobiles, urbes nimirum, castra; consilia quoque, dicta, arcana, proposita, facta, hostibus in autorum detrimentum aperiunt, cum secreta haberit de- buissent.

buisserit. Ut proin nihil fere sit, circa quod non perfidia proditorum se exercere posset.

§. 11. *Forma & ratio Proditionis* in quo consistat, difficultius dictu esse, ac alii credunt, jam olim *Polybius* (r) animadvertit : *διαδέσπολον τι ἐτροχίχει, οὐ δυστρέγγαφον τίνα γένος αλλοδῶς χεὶν προδότην νομίζειν, εἰ διάτοπον πράξην, hic locus iudicari difficultis est, & difficultis explicatur. Quem enim revera prodicorem oporteat existimare, non facile est declarare.* Tam varium nimirum hoc perfidiae genus est, & tam varia sub se comprehendit scelera, ut hinc in communi proditionis notione exprimenda etiam moralium Doctores doctissimi quique inter se dissentiant.

(s) l.c. *Toledo*, (s) *Antonino*, (t) consistit in *manifestatione occultis illatiovia p. 1259. nocimenti*. Aliis in *deceptione*, quemadmodum supra *Incarnationis* (t) *Suin. P. tum loqui audivimus. Petr. Berchor.* (u) perinde est, sive perfidiae hujus rationem in *manifestatione*, sive in *deceptione* ponas : Sic enim *cum prodere*, inquit, *idem si literaliter quam exire, emittere, manifestare, producere, revelare, dicam quod ille propriè dicatur Proditor, qui secretorum sibi commissorum est infidus revelator*: sive qui *sub specie amicitiae, aliorum in se confidentium est deceptor*. *Proditorum* (x) *io. Pol.* ditores eos appellat *Conzen*. (x) qui *patriam, principem, exercitum, c. 52. secreta, aliave hosti clam tradunt, aut in eorum perniciem, quibus fidilitatem debent, consilia cum hostibus communicant*. quo etiam aliorum collimant definitiones. Nobis *Proditio* in genere posita judicatur in *perfida manifestatione ejus, quod regi debet*; de hac enim odrum proditorum artes, differant licet alias si perfidiae modum species, participant : *Deceptionem* vero quod attinget, eam ad effectum potius, & consequens proditionis retulerim.

§. 12. In omni vero proditione manifestationem quan- dam esse patet, si *species proditionum*, & quibus modis occulta hæc perfidia graffetur, observaverimus. Variat nimirum proditionis, cum alia fiat *verbis*, alia *facto*. Illa committitur, quando quis suo indicio alium alterius injuriae exponit, dum nimirum id *quod nocere ei potest nocturnum defere, cum potius tegere atq; diffimu-* (y) *de lute lare deberet*, ut explicat *Uffelmansus*. (y) Fit hoc vel nudo indicio, quo homo idque vel scriptis ad alios, vel verbis voce prolatis, ut si quis indi- homini in serm. ob. cat voce personam qua vel incognita est, vel ubi locorum sit lig. p. 164. ignoratur,

ignoratur , prout Judas Christum Rabbi vocando , & saturando prodidit : Vel si eadem abesse significatur alteri , qui hostilia molitur , quo tali occasione cladem inferre possit : Vel si indicantur alterius opes & dvitiae occultae , ubi lateant , uti Simon Benjamites Apollonio thesaurum templi Hierosolymitani prodidisse dicitur Josepho : (z) *Esse enim , proclamabat magna voce , maximum apud Hierosolymitas in occuleis pondus argenti & auris , & exuberantem rerum singularum copiam , qua cuncta ad Seleucum Regem debeant pertinere :* Vel si ejusdem actiones , consilia & arcana hosti aperiuntur , quemadmodum *Selimo Tomumbeij Egyptij consilia & conatus ipsos Egyptios detexisse Iovius* (a) scribit : Vel si (a) *Vita occasio , tempus & locus alteri nocendi , eidem ostenditur , uti Selim. apud Levium* (b) *Syraculanus transfugus Marcello nunciavit , diem festum Diana per triduum agi , & quia alia in obsidione defint , vino largius epulas celebrari , & ab Episcide prabito universa plebi , & per tribus a principibus diviso . Nonnunquam vero non nudo tantum indicio , sed consilio insuper hosti dato , qua ratione alteri noceri posset & debeat , docetur , quæ major superiori est perfidia . Majus quippe scelus est manifestare quomodo nocere debeas & queas , quam nude , quod nocere possis , affirmare . Haud raro tamen utrumque concurrit scelus , prout Georg. Despoco *Amurathem Turcarum Imperatorem de Corvini adventu , copiarum multitudine , & quotidianis miserib[us] , non solum certiorem fecisse , sed & eidem , qua ratione commode hostis vinci & cadi debeat , obstruendo scil. à tergo itinere , consilium dedisse Bonfinio* (c) dicitur . Fit præterea (c) l. 7. Rer. proditio etiam falso indicio , & mendacio , quo aliud manifestatur , Hung. dec. & perfide noxio consilio alteri persuadetur ex voluntate nocendi , seq. ut vel bono , quo alias potiretur , privetur , vel malum & clades in quam incidat ei concilietur . Ita Syri præceres à Damascenis corrupti , quo ab horis quos tenebant Christiani in oppositam fluminis ripam exercitum traducerent , perfide Principibus ostendunt , longe faciliorem obsidionem fore , si ad alteram urbis regionem milites locarentur : præfertim quod eo loci debilior civitas esset , & humiliibus muris communata : non virgulta , neq[ue] arbores illic esse , quibus flumine prohiberentur . Flumen preterea lentius illic fluere . Quibus commodatibus accidere posse , ut ad primam oppugnationem urbe potirentur . Sed ita*

ita maximis, cum fidem Syro habuissent, difficultatibus impliciti, urbis tandem, cuius expugnatio alias facilis futura fuisset, oblationem solverunt, prolixius hoc explicante Roberto Gaguin. (d) Uffelmannus (e) ad hanc, quæ verbis sit, proditionem refert etiam Delationem & Delatores: Si alteri, inquit, detrahatur apud eos, qui uincisci crimen, eiq[ue] de quo sermo est, nocere possunt, & de eo obrestatori constet, Delatio & Proditio dicitur. Recte. Occurrit namque & hic manifestatio perfida & malevola ejus quod regi debet, cum animo nocendi.

(d) Hist.
Fran. 1.6.
f.m. 50.
(e) l.c.

(f) apud
Suid. l.c.

(g) Chro-
nogr. Gen.
37. f.m. 719

(h) Hero-
dot. b.7.
f.198.

(i) I.1.27.

§. 13. Ad proditores qui facti tales referuntur à nobis, i.e., ut Polybius (f) loquitur, ἐπὶ ἀρδηῶν καὶ τὰς δυχεπέσις αἰτίασις, ή τῆς πρὸς τὸν ἀντιτοιχιδομένους διαφορᾶς, ἵγκαντις τοῖς ἔχθροῖς τὰς πόλεις, quoque difficillimis Reip. temporibus, vel propter privatum incolumentem, securitatem, & utilitatem, vel propter dissidium, quod inter ipsos, & eos, qui in Republica administratione ipsis adversantur, intercedit, urbes hostibus tradunt; portas scil. non claudendo, vel præsidia hostium intramittendo, vel alia ratione, sive v.g. vel scilicet è mari demissis, uti Antiochiam à Christianis proditione captam Nauclerus (g) tradit, viam deniq[ue] urbem capiendo aperiendo. Proditores facti quoque sunt, qui hosti suam locant operam ad suos opprimendos, qui corrupti vias & tramites eidem indicant, & iteris duces redduntur, exemplo Epialtæ Persas, Gracos in Thermopylis frustra oppugnantes, per montem ad tramitem quæ ad angustias cerebas circumducentis, (h) ad opprimendos qui ista tenebant loca Spartanos: Qui cum resistere debeant hosti, aerem potius quam hostes ferire volunt, globis vacuas exponentes bombardas & tormenta: Qui suo duci insidias struunt: Qui reges occidunt, occasionem hostibus victoriarum daturi, uti Pyrrhi medicus moliebatur: Qui perfide fugiendo pugnæ locum tam in muris, quam in acie deferunt, quod suo digressu latera sociorum nudare Livio (i) dicitur, exemplo Albanorum, Metii Sufetili jussu sensim à Romanis in prælio contra Fidenates digredientium, illorumque latera detegentium; vel aperte ad hostes transeunt, hoc ipso illis manifestantes viam ad occupandam urbem, ad vindendum exercitum, ad capiendos reges, duces, amicos, quos relinquunt: Qui etiam periculum verius, vel quia ocium magis quam negotium

negotium malum, ut Paulum Mediolanensem legatum supra loqui audivimus, ex ignavia personas, loca, bona tam mobilia quam immobilia destituunt, suæ fidei & officii immemores, ipsoque facto manifesta hosti reddentes, quæ fortí defensione protegi, & armis occultari debent.

§. 14. Non minus proditionem ipso facto committunt, qui perfide negligunt ea comparare, quæ ad locorum, personarum & bonorum defensionem sunt necessaria: Qui munimenta vetustate collapsa restituere omittunt: Qui in gratiam hostis præsidii duces mutant, suffecto in locum alio vel imperito, vel qui dubia est fidei: Qui arma corrumpunt, tormenta v.g. clavis infixis ad explodendum inutilia reddendo, vel pulverem pyrium perdendo, non dissimiles *Andrea Cedrovicio*, qui teste *Mart. Cromer.* (k) Rer. auro à Cruciferis corruptus, nocte quadam chordis catapultarum & Polon. l. n. ballistarum succisis, loci præsidiarios deditio[n]em facere co[mp]egit. Unde *Cyprian.* (l) *Proditor*, inquit, pater es, nisi filius tuus fideliter (l) de Elec. consularis, nisi conservandis eis religiosa & vera pietate prospicias. Pro- mol. f.m. ditores denique si finem spectes sunt, qui granaria & armamenta- 186. ria, classes etiam, incendunt, quo hosti ad victoriam grassandi, vel turbem capiendi, viam & occasionem ostendant.

§. 15. *Silenum* etiam intempestivum aestimatione morali proditionis reos facit, quemadmodum in Gallia *Thunao* id fuit virtio datum quod coniurationem in Regem Ludovicum XIII.

cujus conscius fuerat, non patet fecerit. (m)

(m) vid.

§. 16 An vero & tum proditio commissa dici debeat, si quis Diat. Ar- ne castrum, oppidum, cui præfectus est, principi suo ad iniqua adaucto mand. Ri- conservet, eidem traditionem loci hostibus faciendam postulant non solum non pareret, sed & aliena potestati, donec meliora affuerint tem- chel. p. 809 949. pora, subiicit, vel diversam partem palam sequitur, controversum videtur. Mihi talis pro proditore habendus equidem non cen- seletur, cum absit ab hoc facto perfidia, & animus nocendi: negat etiam *Polybius* (n) prodidores appellandos esse, τες καταστασις (n) Suid. μεταλλιβολιας τας αντηλπιδας από τινων οποκεμένων ηστηπες lec. φιλιας, και συμφωνιας, qui proper necessitatem, & calamitatem aliquam, suas patrias ab aliquibus amicitias, & societasibus jam constan- tibus, ad alios amicitias & societas traducunt: addit rationem:

ἐπὶ τοῖς τολμαῖς οἱ τοῦτοι, ἐθερίσαντες δύα διαβόλους γεγράφεις αὐτοὺς
τὰς ταλέσιν, *Siquidem sepe tales homines maximorum bonorum sue
patria fuerunt autores;* animum tamen agentis laudandum, ipsum-
que factum excusandum potius ab eventu, quam in se simpliciter,
ceum a nōceps, & à subdito invita domini expressa & manifesta vo-
luntate, quae in vita humana negotiis sola spectari potest, profe-
ctum, probandum judicaveimus: Facto enim proprio privatum
de bonis domini pro tuo iudicio in ejus utilitatem disponere ut
nec tutum, nec consultum est, ita nec licitum hoc ipso esto. Nec
sufficit hīc conjectura voluntatis: Nam quando serio agitur in
vita sociali, ubi per expressam voluntatem superioris aliquid est
significatum, non recte contrarium ejus presumitur & conjicitur.

(o) *Elem.* Iacirco enim, ut bene monet Pufendorf. (o) *expressa voluntas ostendit*, ne quis ex presuma voluntate diversum sequatur, quam quod
ipsi fuit prescriptum. *Nisi per generalem clausulam praesentis rei utilitatem aut necessitatē pro sua dexteritate sequi jussus fuerit;* aut man-
dato manifesto additum fuerit arcanum, quo ea qua manifesto
continetur, tolluntur & revocantur. Citra hoc, ut maxime in
aliquo facto particulari esset inspecta particulariter ratio qua voluntas
summi imperantis moveat, non tamen cessat ratio summa uni-
versaliter, qua periculis occurrit uult, quod fieri non potest, si ejus
rei ad se magistratus quisque, iudicium trahat, recte ait Grotius (p)
P. I. 3.5.

(q) *Con.* §. 17. Fernand. Vasquius (q) proditionem appellat, si
troy. Illustr carceris custos simul cum carcerato aufugere; sed nisi ille qui carce-
r. c. 32. 6. re custodiebatur proditionis reus fuit, ut proin carceris custos
cujus culpa aufugit, cum illo conspirare conjici, imo dici, possit,
eundem hoc nomine non proditionis proprietas, sed perfidie
accusatorem & perfide neglegeti muneris reum agerem. Nec tra-
ditur, qui ē vinculis publicis ita dimittitur, in manus ejus qui ei
nocere potest, sed liberatur ab eodem, ut fuga sibi consulere pos-
sit; neque etiam proditur hoc facto per se iudex, cuius ius in
vincula erat conjectus; minime omnium vero seipsum prodit per-
fidus custos, ut manifestum.

§. 18. Cæterum et si proditiones tam pestilens, & proin
(r) 1. An- etiam illis quos proditores anteponunt, ut Tacit. (r) loquitur, quique
mal. 38. 2. iisdem uti licere censent, invisum scelus sint, num tamen easdem
mortiri

moliri, & ad faciendam proditionem alios solicitare, auroq; muneribus, magnisq; factis promissionibus corrumpere liceat & in utramque partem disputari constat. Magni Imperatores & Reges inter proditionem & proditores distinguunt, illam cum *Augusto*, (s) & *Pbi-lippo*, (t) apud quem, autore *Justino*, (u) nulla vincendi ratio turpis fuit, amantes, hos vero improbantes, quæ & aliorum Principium sententia apud *Plutarch.* *Herodian.* *Flav. Vopis. Jul. Capitol.* fuit. Probat proditionem Græc Imperator *Leo*. (x) *Omnia*, inquiens opportunā bona sunt. Proditor autem quamvis erga hostes tuos malus sit, tamen erga te, populūq; tuum bonus esse deprehenditur. Nec minus hæc vincendi ratio ex Germanis ducibus placuit *Lazaro* *Swendio*, *Maximil. II. Cesar.* militiæ in Ungar. Praefecto clarissimo, qui (y) ducem bellū id dare operam debere scribit, ut variis promissis, praefectis etiam & ducibus corruptis, obsecros ad deditio- nem faciendam compellat, quæ & alibi repetit. Ex Strategicis scriptoribus commendat usum proditionum sub strategematum nomine *Frontinus*: (y) & *Onosander* (z) Imperatorem cogitare jubar, quod iūdicas rīs dīmīnōns rībās īsīr, dīlā sīpānyōs rīns ēaurē talpīdō-, de hostiū prodita civitate index aut arbiter non sit, sed patria sua Imperator. Subscribunt plures alii diversarum gentium prudentiæ naturalis & civilis Doctores, quibus prodiciones ceu licita partim probantur, partim tolerari posse censemunt.

§. 19. In re plurimum controversia distincte nobis judicandum, viderut. Nimis crude enim dictum est illud. *Bodini*, hominis Galili: (a) *Necessaria sunt magnis Principib; largitiones ad hostiū confilia*. copias & opes evertendas, ac sepius hostes corruptis ducibus ac magistratibus, quam fusis legionibus vincuntur: quo quid utile potius, non quid honestum sit, ab eodem respici appetet. Multum enim hic interest, quale bellum sit, quod omnia reddit infesta, an solenne, quod geritur, ut *Grot.* (b) explicat, utring, autore eo qui summam habet potestatem incivitatem; an minus solenne, quod geritur in priuatis. Domino in subditos rebellis bellum gerenti, quān proditione, sentū latore supra explicato tali, utilicear, dubio caret. Cum enim quæcumque rebellis contra dominum suum agit, (extra paci nimirum & promissi rationem, quo demum jus aliquod iste consequitur,) ex defectu facultatis sint inyalida, nec alios sibi contra

(s) *Plutar.*

T. II. Opp.

Apophth.

Rom. c. 45.

(t) *Stob.*

serm. 52.

(u) I. 9. c. 8. 7

(x) *Tacit.*

15. 36.

(y) *Strat.* 33

(z) *Strat.*

reg. c. 38.

p. 72.

(a) I. B. &

Rep. 2.

P. I. 2. 4.

eundem cum efficaci obligatione adjungere potest, nec qui fidem, male licet, dederunt, eandem ideo servare tenentur, cum quod male promittitur, pejus servetur, & qui scelerato se associat, sceleris reddatur particeps: nil hinc impedit quo minus eorum operam solicitare possit legitimus superior, ad perfidum subditum opprimendum, cum ei nec illi, nec alii in scelere obligantur, modo qui sic ex illis opera sua uti patitur, post promissum pœna ministerium, rebelli non denuo fidem securitatis à se expectandæ dederit. Dubium etiam non est, quin fidum quoq; ministrum, ut transfugam mentiatur, subornare liceat, quo rebelli subdito imponat, ejus consilia explorata prodat, & ni vivus in communis domini manus tradi queat, eundem è medio tollat. Habet enim in eundem Jus vita & necis legitimus imperans; ergo quo vult è suis ministro uti potest ad eundem puniendum. Nec obstat obligatio privata ministri erga rebellem, partim quod re intra has circumstantias posita vere efficax talis non sit, imo nulla sit; partim quod si quedam foret, illa superioris juri cederet, & quietceret. Ut proin liberum maneat ejusmodi principi, quem velit, ministrum justitiae eligere.

§. 20. Ita David perfidiæ filii Absolomi & rebellis, &

(c) 2 Sam. Achitophelis, dolum objicere sibi licete judicavit, (c) quando
es. & 17. Chusai transfugam simulando, consilia Achitophelis dissipare, sibique omnia que geruntur aperire voluit; quod etiam ab eodem eximie fuit præstatum, citra notam infamiae, quia quicquid hic fecit David, vel etiam Chulai, citra perfidiam factum est. Negat enim

(d) 2. de Alberic. Gentil. (d) vere esse conventionem transfiga; qui inire conventionem inepius est: subditus alienus, nec à subiectione eximendus per transfigum; nec efficiendus sub alium Dominum. Davidem vero quod concernit, jure suo in rebelles usurus cum Agesilao cencere potuit: (e) Α τοτετιμένοι μή αδίκωσα ἀσθέτος δὲ τολε-

(e) Plu- tarch. & 2. μήσ αργεζέδη, καὶ μόνον διανοῦ ὅπλος αὐλά καὶ ἄδυτος καὶ νεφα- Opp. A- poph. Lac. λέον: Impium esse iniuste fidem datam violare: hostes autem decipere f 209.

(f) Coll. Theologis B. Dannhauver. (f) licere, inquit, proditiose ati ex fide in magistratum & populum, cui majoribus ex causis favere debet, quo consilio Chusai Absoloni consilia aperuit, 2. Samuel. 16.17, & Christia- nus ille, qui obsidionis Turisco-Viennensis consilia prodidit. Con- sentit

sentit *Gerhardus*, (g) qui Chusai proditorem propriæ dici posse (g) De Mag. negat, cum cruenta sceleratorum hominum consilia detegere, ut p[ro]p[ter]e in. Pol. § 421. fidias ipsorum evitare possint, non sit prodidisse, sed profuisse. Et ha- cenus verum est quod *Althusius* (h) proditionem rem adiapho- (h) Pol. ram definit, & licitam, qua bene & male possumus uti. c. 35. n. 58.

§. 21. Colligitur hinc quid de facto *Zopyri*, qui Babylo- niā Persis prodidit, habendum sit. Strategematum scriptores *Polyenus*, (i) *Frontin*. (k) Quin hunc inter strategemata ab omni (i) b. 7. reprehensione psocul remota refertunt. Simile nimurum fere est Strat. factō Chusai; & cum inter strategemata & Proditionem, quæ (k) Strat. 3.3.4. proprietatis est, hoc intercedat discriminis, quod illis insidietur hostiis citra perfidiam; cum iustum enim suscipiant bellum, ut aperie pugnet quis aut ex insidiis, nibusq[ue] ad iustitiam interest, jam olim docuit *Augustin*. (l) eorumque, ut *Frontinus* loquitur, (m) proprie tis (l) t. IV. in arte solertiaq[ue], posita proficiat, tam ubi carendis, quam ubi oppri- Opp. in loc. dus hostis est, id quod & verbis & factis fieri potest: Hanc vero q. 11. f. 288. (m) Praef. non absque perfidia vel homines nostri, vel qui nostri esse volunt, in l. de & pro nostris quoque, ob fidem legitime datam, habentur, mo- strat liantur; patet quod, cum Zopyrus contra dominum communem cum effectu juris cum iis qui ab eodem defecerant, ad quos non vere, sed ex composito & animo vere hostili transfugerat, pacisci, vel iisdem aliquid promittere nec potuerit, nec voluerit, suos hoc nomine hostes non scelerate circumvenisse, sed dolo potius in bellis licto eosdem decepisse censeri debeat, & proin faciat etiam hoc perfida Babylonis proditio dicinequeat. Hosti esim uti non sit injuria necando, ita nec simulando, si que eundem fallere licet factis, verbis quoque idem falli potest. Prolixius hec discusserunt *Biedembach*. (n) alii. Non etiam dici potest, pactum (n) in 2 Sa. aliquod implicitum hic intercessisse, ex ipsa negotii natura cum muel. f. 247 *Grotio* inferendum, cum, ut *Aberico Gentili*, (o) etiam videtur, (o) Lc. tales simulari transfuga, uti loquitur, non solum cum effectu juris pacisci cum rebellibus, & promittere nequeant; sed nec ulla vel pacti, vel promissi impliciti, sufficiens ratio allegari possit. Nam, ut recte monet doctiss. *Pufendorf*. (p) neceſſum est, preſen- (p) De L tem rerum conditionem ea esse comparatam, ut ex omni parte praes. N.G.1.3. mendum conſensum velut confipere, nec nulla occurrat probabilitas conje- c. 6. f. 2.

Etura,

*Natura, quae in diversum ducat. Alias enim valde durum fore, ex quo
via indicio obligationem alicui impingere. Sed haec requisita hoc
loco deficiunt.*

§. 22. Aliter tamen de Tarquinij factio Gabios bello solen-

(q.) Lib. i ni fallentis, de quo prolixius *Livius*, (q) habendum judicaverim.

(r.) Me Quanquam enim à *Valrio Maximo*. (r) inter strategemata re-
mori. 7. 20 feratur, perfidia tamen non caret : A populo enim qui suis gau-

det juribus, tali rerum statu recipi qui p[er]igrinus petet, & in ejus se
fidem tradit, præsidiumque & incolumentatem ibi querit, fidem
vicissim naturaliter debet ex natura negotii: quam si dare non po-
test, neque perfide dare debet. Populus enim cum quo pacilci-
tur talis transfuga juris capax est, & jus habet pacisci cum aliis,
etiam cum illis, qui ab hoste veniunt, contra hostes, quod ejus-
modi dolis inique laeditur.

§. 23. Ita quin in bello solenni *generosius* sit, & cum ma-
jori fortitudinis opinione conjunctum, aperto marte, quam pro-
ditionibus vincere & dubium non est: Non enim vege se vi-
etum credit, vel fortitudine inferiore, qui dolo se circumven-
tum sentit. Crediderunt hinc Achai apud Polyb. (s) ἀτελαρπτόν,

οὐδὲ μὴ βίαιον εἶναι τὸν καλοθυμάτων, οὐδὲ μὴ τὸν προσανύς μα-
χόμενον ἵτινην τὰς τυχαῖς τὸν ἀνθετούσαν, νέος splendidam,
νέος firmam ullam victoriam, nisi quis palam, & ex condito depu-
gnans, animos quoq[ue] deiecisset adversariorum. Ast si quid juris sit,
& per jus Natura liceat, queritur, diversum omnino esse censemus,
corrumperem auro, sive ad proditionem faciendam alios solicitare,
& proditoris sponte venientes recipere; aliud etiam cum illis produc-
nem pacifico, & oblate uti. Quod si nostrorum utimur ministerio, ut
vel quis rerum apud hostes status sit, explorent, vel uis, citra perti-
diem tamen, imponant, quin honeste liceat dubium non est.
Aliter autem sentiendum de illis, qui alterius subditorum fidem
promissis & præmis corrumput, & ad perfidiam eos inducunt.
Honestas enim atque turpitudo facti naturalis, ceteraque que
jure naturali vel prohibentur vel præcipiuntur, sicut talia sunt in
se, ita ab illis, que extrinsecus denum accidunt, vel superveniunt,
immutari nequeunt. Quo loco I. cum perfidia jure meritoque
habeatur, & proin ab homine qua homo est abesse debeat, non
amicis

(s) 1. 19.

amico tantum, sed & hosti eam fugiendam esse recte infertur: Proinde etiam nec jubere ut perfide agant, nec solicitare hosti hostis subditos ad perfidiam, proditionem scil. per jus naturæ licet, cum & inter hostes fides servari debeat, & vigere. (t)

(t) Silius
Ital. 14. 170

— — — Optimus ille
*Militie, cui postrenaum est primumq; tueri
Inter bella fidem.*

§. 24. Præterea II. in moralibus ipsius peccati causa habetur, qui illud sub tali ratione, sub qua non potest non esse peccatum, intendit id etiam jubet, quod non per accidens, sed per se malum est; diciturque proprie causa *Moralis* alicujus effectus ille, qui directe eum intendit, & propterea aliud agens ad eundem producendum efficaciter movet, ita ut rem istam fieri, à mando, consilio, & consensu ejus, morali quadam ratione dependeat. At hoc facit omnis is qui ad proditionem faciendam alios sollicitat; quare quī ab omni peccato in conscientia talis immunis sit, non appareat. Quo nomine & Grot. (u) inter modos quibus (u) de I.B. quis in delicti partem venie refert, si viciōsum factūm juber. Rechte P. 2 21.1. proin Thebani apud Thucyd. (x) οἱ ἄγονες, inquiunt, φέρομενοι (x) 1.3. μᾶλλον τῶν οὐεῖνον qui ducunt, potius peccant, quam qui sequuntur. f. 217. Ex Judæis Isaac Abravanel. (y) Com. נער יוחם לאוֹס אַפְלָאַי שִׁיעָל אַתְּרָה בְּלֵי אַפְעָעַי וְאַס שִׁיצוּ הַעַל הַעֲשֵׂה כִּי הַיְהוּ אֶתְּנָה אֶבְנָה: צָבָל עַל זַי הַמְגֻנָּה: ρυάκις Slev. (z) ita reddit: Tribuitur 1. Reg. XI. homini factum, si veille ipsemet, nullo alio interveniente commiserit, si p. m. 707. ve saltim ut id fieret, præcepit. Tunc enim id fecit, sed per alium. Consentiunt tam Græci, quam Latini Ecclesiæ Doctores. Exillis Isidors Pelusiot. (z) explicans Rom. I. ult. ad Theolog. ita scribit: (z) I. 4. τὸ πλημμελεῖν τὸ ἐπαυτὸν τὸς πλημμελεῖταις πολλῷ ἀργούλεστες Epist. 68. εἰσι, καὶ μεῖζον εἰς κολάσεως λόγον, εἰς τὸν εἴρηται: longe gravius εἰς f. 446. quod ad generationem attinet, majus est, laudare peccantes, quam iugum peccare, rursus: τὸ πλημμελεῖται, ὃ τὸν εἴμασταις ἐπαυτὸν, πολλῷ φέρομέτεροι εἰναι κέρδιται, iure ac merito is qui peccatum landat, peccante ipso longe improbior esse indicatus est. Ex his præ-

(a) contra ter *Augustinam, Cyprianum, Arnobius.* (a) *Nihil interest*, ait,
Gent. p.m. omnino, voluntarie venerint, an illius obtemperaverint iussioni. Quod
28. si itaque subditus hostibus nunquam licet proder suum domi-
num, tu quoque citra peccatum ad faciendum hoc eum nun-
quam solicitaveris.

§. 25. Non enim appareret, quomodo instrumento scelus
aliquid tantum imputari queat, ut de eo non participet agens
principale : Quocunque enim conjunctim, uno animo, & una
voluntate, ad eundem effectum moralem qua talēm operantur,
eunq[ue] producunt, ejusdem vera diei debent causa. Unde &
quod quis per alium fecit, id ipsum quoque fecisse recte judicatur,
quo nomine etiam, quando servus sciente domino alium interfici-
cit, ipse dominus dicitur occidisse, cum

Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.

(b) Troad. uti est apud *Senecam*; (b) quo nomine etiam culpa cuncta in eum
V. 289. credit, uti ibidem infertur.

§. 26. Denique III. inter hostes etiam ius aliquod vigeret;
sunt enim quaedam officia etiam adversus eos servanda, à quibus injuri-
(c) i. Offic. riam acceperis, ait Cicero. (c) Nec quālibet in hostes honestelici-
ta sunt, quae scil. sunt contra justitiam universalem, quae maxime
in bello necessaria est, cum hoc non solum justum esse, sed & *non*
(d) Livi. *minus juste, quam fortissim geri* (d) debeat, ut à publico differat sceler-
5. 27. atorum hominum latrocino. Non etiam quod ille justus patitur,
(d) de I.B. statim tu justus & recte feceris; ceu ex *Polybio, Dione, Plutarcho*, pro-
lixius ab *Alberio. Gentil.* (d) docetur. Referas huc illud Augusti apud
3. 2. *Appian.* (e) ad L. Anton. τυμπάναντειν οὐ αξιούμενα ταῦτα προσοῦ-
Civ. νον, ἀνέμη δικαιοί εἰσι ποιεῖν. οὐδὲ προμήντων, cum eo quod vos dignum
est pati, simul iam & alterum spectandum est, quid me facere par sit:
atq[ue], hoc preferam. Quare et si hostis dignus sit, ut proditionem,
qua ipsi insidiaris, patiatur, etiam per suos, tua tamen justitia &
æquitate, quam hosti etiam debes, & qua id quod malum est &
(e) z. delta perfidiam sapit, omitti debet, indignum est. Bene *Seneca*: (e) virtus
c. 6. ut honestis rebus propria est, ita turpibus irata esse debet. Nec un-
quam committet, ut vitia, in justitiam sc. & perfidiam, dum compescit,
imitetur

imitetur ipsa, prodictionibus nimisrum, solicitandoque hostilem subditum ad perfidiam. Juste itaque quod non ergis, et si hostis juste patiatur, ex præcepto juris naturalis omittendum est. Consentit *Grotius*, (f) quæ & *Ziegler*, (g) *Feldeni*, (h) &c. mens est. (f) de I.B.
P.3.1.21. (g)adGrot. l.c.

§. 27. Dissentit vero in re controversa doctissimus *Pn-* (h)iaGrot.
fendorfius (i) subditos hostis corrumpere licere, contra *Grotium* l.c.
ira contendens : *Qua duo ista hostis mei subditorum solicitatione* (i) De I.N.
quaruntur, auxiliis illum nudare, & damnum eidem dare, utrumq, (i) De I.N.
posita iusta belli causa faciendi mihi jus est, cum finem cur non etiam G. 8. 6. 18.
corruptis per spem priorum animis civium adsequi liceat, nulla sus- ad. Elein.
ficiens ratio adparet. Prasertim cum omnes fateantur, posse hostis I. V. 4. 17.
mei cives ad deditioñem, adeoq; ad deserendum suum dominum fictis p.m. 327.
terroribus compelli; qualis desertio sane omni vicio non caret. Ac
licet illi desertores sine proprio peccato id non faciant; ex eo tamen in
solicitatorem nibil culpa videtur redundare; ideo quod nulla adpar-
ret obligatio, ut, qua commodissime datur via, jus meum consequi in-
termittam, ne occasionem prabeam peccandi illis, qui mecum com-
mercia juris per injuriam suam abruperunt. Cur igitur argenteis lan-
ceis oppugnare non possum, quos ferreis confondere licebat? Prasertime
cum in arbitrio ipsorum relinquatur, quacunq; demum solicitationes
adhibeantur, utrum hostem me experiri malint, an gratiam meam
utili mihi opera redimere..

§. 28. Sed evincere oppositum nostras credimus rationes. Dissimile enim est factum, quo ego possum *hostis mei cives ad de-*
ditionem, adeoq; ad deserendum suum dominum fictis terroribus com-
pellere, quam nec illi sine peccato fecerint. Vis enim est legitimum
medium hostem cibus suis privandi, easque capiendi, cui quando
ascendæ & depellende impar factus est civis, citra perfidiam, ex
necessitate, locus traditur; hanc vero ostentare, peneste esse jure
 fingere potes, eo quod factis & verbis hostem fallere licet. Et
utroque in casu licite opponis id, quo subditum hostilem citra
perfidiam ad traditionem faciendam mouere potest, et si ibi vere,
hic per simulationem. Ast quando *aureis lanceis fit oppgnatio*, uti
nulla tradendi locum adest necessitas, sine qua absque perfidia
nulla loci traditio in bello fieri potest, ita cum hac intentione auro
vincendi, & pacto hoc nomine inito, per se conjuncta est alte-

rius, qui sic solicitatus fuit perfidia, non item in altero casu, ubi traditio loci sit ex alterius ignavia & credulitate. Peculiaris itaque hic est ratio justitiae particularis, quæ ibi cessat. Ibi enim movere vis & necessitas, hic avaritia & perfidia suadet; ibi quid subditi hostiles agant dubii sunt, exignavia potius, quam ex perfidia, quæ hic manifesta est, cum ad deditio[n]em faciendam nulla vis cogat, quæ ibi ostentatur. Instar *Dn. Pufendorf.* sicut *ignorantur dominium quod hostis in res suas habet, respectu nostri nullum est, quin eas possimus eripere; ita & ius illud, quod idem in suis subjectos habet.* Sed si jus quod hostis habet in subditos, quoad nos nullum est, non appetet quomodo propter illum hos vexare, & pro hostibus habere liceat. Sit deinde nullum quoad me jus, quo alii erga se invicem obligantur, non tamen me decet officia, quæ ex jure naturali sibi invicem debent ex propria quadam & privata ratione, causam istam, ob quam mihi cum illis aliquid diffidit intercedit, non concernente, invertere, & perturbare, neque belli, neque pacis tempore.

(k) in V-
top. Lz. §. 29. *Thomas Morus* (k) Anglie Cancellar. ex alio dis-
putat principio: *Hunc, inquiens, licitandi, mercandiq[ue] hostis mo-
rem, apud alios improbatum, velut animi degeneris crudelis facinus,
illi magna fibi laudi ducunt, tanquam prudentes, qui maximis hoc
modo bellis sine ullo prorsus prælio defugantur, humaniq[ue] & miseri-
cordes etiam, qui paxcorum nece noxiiorum numerosas innocentium
vias redimunt, qm pugnando fuerant occubitus, partim ex suis, partim
ex hostibus, quorum turbam vulgusq[ue], non minus ferme quam suos mi-
serantur, gnari non sua sponte eos bellum capessere, sed principem ad id*
(l) de I.B. *σύνιος ἀγί. Hæc cum iam ab Alberico Gentil.* (l) discussa sint, id tan-
Lz.c.8.p.iii tum addimus, quod quanquam φίλε τι πόλεμος, επανίστηται οὐτοχεῖται.
273. *εἰδὼν δὲ χάριν πλούτου τινας καὶ κακὸς δι μοσιῆς πόλεων μὲν οὐ νοοε-*

*Solet fere bellum non per omnia feliciter succedere,
Sed fortium gaudet casu juvenum:
Odit autem timidos. Quod civitati quidem calamiti-
osum*

Exigit,

(m) *sem. ut ex Euripide apud Stoicum* (m) *excerptum legitur; quanquam*
48. p. 344. *etiam sanguis humanus nullo pretio sit estimabilis, sacra enim res*
est

est homo, ut recte sit Seneca, (n) ob malum tamen physicum evitandum, non est committendum malum morale. Clades autem & cædis illorum qui iuste interficiuntur, non nisi malum physicum est, sicut immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur, eique qui iuste bellum gerit, crudelitati minime verti debet. Legitima enim bella pertinent ad justitiam, cujus administratio magistratui est commissa. *Fortitudo que per bella tuetur à Barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à larronibus socios, plena iustitia est,* ait Ambros. (o) Proditio autem est malum morale. (o) 1. Of. Sintque in exercitu hostili multi innocentes, culpæ tamen redduntur participes, quia se aggregant mei impotentii. *Sciendum, inquit Grot.* (p) *ius nostrum non ex solo belli principio spectandum, sed et ex causis subnescientibus, sicut et in iudicis post item contestatam ius sepe parti novum parientur.* Sic quisque aggregant mei impotentii, frue socii frue subditi, in se quoq; ius tuendum me mihi portigunt.

§. 30. Quod vero proditoris sponte se, citra sollicitationem offerentes attinet, licet eorum opera proditoria per ius natura uti, non solum superioris examinata sententia Patroni affirmant, sed & ex illis, qui fidem subditi hostilis per præmia, & promissa corrumpi posse negant, nonnulli contendunt. Sic enim Grot. (q) (q) de I.B. Aliud est, si quis opera sponte, nec suo impulsu peccantis ad rem sibi i. P. 201. 22. crevit utatur: *quod iniquum non esse, DEI ipsius exemplo alibi probavimus.* Et Feldenius: (r) *Vitiosis hominibus ut possumus ad exercendas actiones suas vitiosas in hostes, nihil enim hac in re peccamus;* in Grot. 30. aliter ac quando probum hominem ad vitiosam actionem suscipiem- 1. 22. dam alicunus. Sed recte monet doctissimus Patronum Clemens Alexandr. (s) σφαλεσθε τοις ἐτέροις ἀμαρτίνεσθε οὐετηγάρεσθε, Iw- (s) 7 Strong bricum & periculum esse cum aliorum peccatis communicare. Communicat autem cum malis, qui illorum manifestam perfidiam, & ex mera infidelitate profectam proditionem probat, laudat, & in talia Icelera, quæ moluntur, expresse consentit, qui sibi factum placere vere ostendit, qui modum etiam rem confundi suggerit, mercedem pollicetur, & perfidum recipit, exemplo Romanorum, qui ut Livius, (t) refert, ideo Antene arcis proditori, pre- (t) I. 4. ter libertatem duarum familiarum bona in premium dederunt. Nam c. ult. in cuius manu est quid, (perfidia) ne fiat, eius iam deputatur, cum Jane

(u) i. con. *jam fit*, recte ait *Tertullianus*, (u) id quod tam in bello, quam extra-
tra Marci- bellum verum est. Eos ergo qui *italia deferrunt & polluerunt, que*
on. f. 161. *sine turpitudine & improbitate accipi, vel fieri nequeunt, boni Principes*
(x) de Mag. *non admittant*: recte centet *B. Gerhard.* (x) Nec oportet laudando
Pol. § 422. *augere malitiam, uti Zieglerus* (y) disputat. Laudat denique hoc
(y) Not. in *nomine ob repudiatam perfidiam Claudianus*, (z) *Fabricium &*
(z) Grot p. 527 *Gildon.* *Camillum:*

Romani scelerum semper sprevere ministros,
Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius Regi nudata fraude remisit,
Infesto quem Marte petit, bellumq; negavit
Per famuli patrare nefas, ductusq; Camillus
Trans murum pueros obesse reddidit urbi.

(a) Com. Unde & *Rudolphus I. Cesar*, narrante *Enea Sylv.* (a) cum qui-
de Rebus dain Ottocarum Bohemum in ipsius gratiam se occisurum, si fa-
gest. Al-
cons. cto præmium esset, polliceretur, respondit: *Etsi inter hostes eß*
Ottocarus, non tamen id efficer, ut iustitia & moderationis fines trans-
camus. Eadem mente *Ludovicus XI. Gallorum Rex* cum Cam-
pobachius ei Caroli Burgundi cædem præmitteret, *perfidiam*

(b) Com ment. 1.7. (b) Cominus (b) loquitur, *detestans, & quod inducere*
p.m. 568. *erant, & quod ignorabat, quamobrem ille suam operam in re tam im-*
pia deferret, voluit omnino liberaliter agere, & per Contaum prolixe
omnia Carolo significavit: contrarium tamen perhibetur à Me-

(c) Rer. Beig. i. f. m. 6. (c) (c)

§. 31. Aliter habendum censuerim si proditio *indicij eterni* non egressa fuerit. Omnino enim audiri possunt prodi-
tores, si hostium consilia & arcana, vel alia, ultro velint patefasse-
re, & tali proditione mihi uti licet, prout è re mea visum fuerit.
Etsi enim alter perfide mihi ea quæ scio indicavit, cum tamen ad
istam perfidiam non fuctum cooperatus, perfide me illa audivisse
dici non potest. Sic si alter perfide traditionem loci offere, quin
occasione illius perfidiae & indicij, modo non ad illam cooperatus
fuerit, jure meo, quo hostium res corrumpere & rapere licet, uti
& illum locum capere possim, dubium non est. Sicut enim mihi
in castrum intrare, illudque occupare licet, si per negligentiam non
clau-

clauduntur portæ , absque virtio ; ita si eadē rurſus ex perfidia
aperiuntur , ut hostis intrare queat , quo minus ; niſi inter me &
proditorem hoc nomine aetum fuerit , mihi ad illius nudum indi-
cium locum occupare liceat , nihil videtur obſtare .

§. 32. Sed nec Christianis licet cum Christiano, contra Gen-
titem, cui fidelitate hic obligatur; nec Orthodoxo cum alio contra
Hareticum, cui itidem fidem alter debet, proditorie agere. Im-
probandum ergo quod, imperite licet, probat Joha. Nauclo. (d) (d) Chro-
factum cujusdam Ermirserij Antiochiae obseSSI, qui non solum nog. f. 719.
Boëmundo Tarentinorum principi cuncta quæ Antiochiae gere-
bantur prodidit, sed & illi patulus cum eodem multam pecuniam, tur-
rim quam habebat in sua potestate munissimam iradidit, in-
signi & Christiano nomine indigna perfidia. Nam quæ debet
homo homini quæ homo est, illa religio non tollit, ceu quæ vin-
culum hominum non solvit. Exemplum Rabab ex (e) fide cum (e) Ios. 2.
Israëlitis exploratoribus, quos in dominum receperat, proditorie,
ut fingitur, conspirantis incongrue adfertur: Deus enim qui Hie-
richuntinos Israëlitis jam tradiderat, ab obligatione, qua obstricta
pridem Regulo suo fuerat, eam solverat, ut non perfidia, sed be-
nevolentia, & benignitas legatis DEI debita, dicistud factum de-
beat: nec hoc illam latuit cum quicquid fecit, ex fide fecerit. (f) (f) Ebr.
Novi, inquit, quod Dominus tradiderit vobis terram, cui etiam plus ^{11. 31.}
quam hominibus obtemperandum censuit. Eleganter Theodo-
ret. (g) ἦτω καὶ Ραὰβ ἡ πόλιν τὸ πρότερον ἦν, ὑπεδέξατο δὲ τὸν χα- (g). I opp-
τουσκότος τίταν, καὶ βασιλίως τῆς Ιudeῶν πατέρα τέττας πριγάλαχθότην, ἥν f. 196.
εἶχεν, ἀλλὰ καλέσαντας, διδοὺς γὰρ τὴν Εβραϊκὴν Θεόν, sic & Raab
antea quidem erat meretrix, fideliter autem exceptis exploratores. Et
cum Rex pracepisset ut traderentur, non paruit, sed occultavit eos, cre-
didit enim DEO Hebraorum.

§. 33. Et haec quidem *Juris naturalis* sunt placita. Ast si
praxin, etiam Christianorum, respicias, de bello etiam justo ve-
rum est illud *Isidores Pelusiota*, (h) εἰ καὶ νόμος εἴη δοκίμιος αἱ ὅραι 14.
στρατίων οὐ πολέμουσι σφαγαῖ, καὶ σῆλα τῷ νικῶντιον ἐγέρονται κυρίτ̄- Epist. 200.
τυσα τὰ κατορθώματα· ἀλλά γε τοῖς ἀριθμ̄σι συγχεινέται ἐξελάζο- f. 527.
μένται, ἐδὲ αὗται ἀδύοι εἰσιν, *Quamvis legitime esse videantur ho-*
biens in bellis cedes, & columnae victorum erigantur, præclaræ ipsorum
facinora

facinora predicatorum: tamen si accurate ac supra cognationis que inter homines est, ratio habeatur, ne haec quidem plane innoxia sunt.
Ita quanquam jure naturali prodictionum insidiæ improbantur, in bello tamen solenni jure Gentium voluntario licitas esse eas pluribus censerunt.

§. 34. Distincte nos iterum judicandum dicimus, cum & hic distincte queri possit, nimis vel de *incitatione perfidie aliena*, vel de *oblata perfidia usurpatione*. Dein proditio vel concernit *personam imperantium*, (de privatis enim hic quæstio, cum de jure gentium queritur, proprie esse non potest) vel illorum loca & bona. Sic *Juris Gentium* appellatio non uni significationi est obnoxia, quæ alibi, DEO annuente, evolvetur. Si *Grotium*, cum quo fere communitur loqui amant, quibus Gentium jus frequens in ore est, audias, complectitur illud partim id *quod ex omni parte ius est*; partim id *quod duntaxat effectum quendam externum parre*.

- (i) *Proleg.* (i) Id quale sit alibi (k) expressius tradit; Nimirum quod licere
1. B. dicitur, *non quod salva pietate, & officiorum regulis fieri potest, sed*
(k) 3. de *quod apud homines pena non subjacet.* Rursus, (l) cum primum
1. B. P. 4. 2. *hanc juris gentium partem explicare sum agressus, restans sum, iure*
(l) l.c. *esse aut licere multa dici eo, quod impune fiant, partim etiam quod*
c. 10. S. 1. *judicia coactiva suam illis auctoritatem accommodent, qua tamen aut*
exorbitent à recti regula, sive illa in jure stricte dicto, sive in aliarum
virtutum precepto posita est, aut certe omittantur sanctius & cum ma-
(m) l.c. c. 4. *jori apud bonos lande.* Fluit hinc eidem *jus licentia*: (m) *jus impu-*
S. 6. *nitatus*: (n) *jus externum*, (o) *quod haud raro cum iustitia interna (p)*
(n) l. c. *componi nequit, ita ut Gentium jure licita censeantur, quæ jure*
S. 4. 8. *S. 7.* Naturæ sunt prohibita. Hinc etsi Naturæ & Gentium jure
(o) l.c. c. 7. contendat non licere alios, quorum factō inest perfidia, incitare
(p) l. 3. c. 10. ut percussores sint hostis, ita ut qui sic *aliena usitatur perfidia, violasse*
S. 3. *jus non tantum natura, sed & gentium credatur*; (q) *codem tam-*
(q) l. 3. c. 4. *men jure concedi docet, (r) ut opera sponte, nec suo impulsu peccan-*
S. 18. *(r) l. 3. c. 1. tis, oblata quis sic utatur.* Alibi rursus vult, *ex jure Gentium*
S. 21. sq. *& dolos qui perfidia carent permisso censi, immo aliena perfidia inci-*
tionem. Nimirum ad minora & frequentia hac delicta quæ conni-
vere cœpit *jus Gentium*, sicut leges civiles ad meretrictum & improba
(s) l. 3. c. 5. *fœnera.* (s) *Grotium ex recentioribus sequuntur alii, & fama & eru-*
S. 4. *ditione*

ditione celebres Virti. Rem ipsam denique concedit *Lipsius*, et si non sub juris, (t) sed sub *frandis media* titulo, quæ à virtute flectit (t) 4. *Polit.* longius, & ad vitij confinia venit, quam tamen tolerandam (u) 14. 4. 37. censet. (u) 1. c. n. s. sqq.

§. 35. Quanquam vero &c nos *Prodictiones* ex illarum rerum numero esse concedamus, quæ, jure licet naturali prohibitæ, cum ob corrupti seculi mores corrigi & mutari nesciant, necessario tolerantur, & cum ex consuetudine invaluerint, hoc nomine pro licitis, hoc est, quæ nec pro turpibus haberí, nec puniri solent, censentur, impune etiam perpetrantur, cum potius cogitare deceat, non quantum hostis impune pati possit, sed quantum nobis permittat aqui boniq. natura, ut cum *Seneca* loquamur: non tamen (x) 1. i. de *juris Gentium* esse proprie dici debet. Etli enim si verum veli Clem. c. 18. mus fateri, ex populis Europæis, & sic ex moratoriis, penitus ab his belli artibus qui abhorreat, vel iisdem non usus fuerit, vel uti nolit, si commode fieri possit, non detur, ceu ex historiis hoc constat, quicquid sit de uno altero &c privato, non tamen in quod plures gentes quounque modo consenserunt, vel apud illas impune patratitur, juris gentium esse judicari debet. Bene Cicero: (y) (y) 1. de iam stultissimum illud, existimare omnia iusta esse, quæ scita sine in po. pulorum instauris aut legibus. & mox: Est enim unum ius quo devineta est hominum societas: & quod lex constituit una: Que lex est recta ratio imperandi, atq. prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, siue est illa scripta uspiciens, siue nusquam. Merito istis qui peccandi licentiam & impunitatem in jus transformant, opponas illud Terulliani: (z) Hoc exigere veritatem, cui nemo prefcribere potest, non (z) de *Veland.* spaciū temporum, non patrocinia personarum, non privilegiorum re-gin. f. m. regionum. Ex his enim ferè consueudo initium ab aliqua ignorantia 490. vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, & ita adversus veritatem vindicatur. Sed Dominus nostra veritatem se, non consuetudinem cognominavit: Si semper Christus & prior omnibus: aque veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus novum est, quod sibi verus est. Heresies non tam novitas quam veritas revincit. Quodcumq; adversus veritatem sapit, hoc erit heresies, etiam verus consuetudo.

§. 36. *Gentium more itaque & consuetudine potius, quam jure* introductum, permitti impune dixeris proditorum usum. Jus enim prout de jure naturali & voluntario, cuius species Gro-

(a) I. B. tio (a) est jus Gentium, dicitur, *idem valeat quod Lex, quoties vox largissime sumatur, ut sit Regula actuum moralium, obligans ad id quod rectum est*, ipso metu Grotio (b) rursum ita deficiente.

P. 1.13. & 14
(b) I.c. 5.9. Jus Gentium ergo legem quandam esse oportet, quæ illarum confo- ciationem, & quæ ad illam pertinent, concernit, & gentes qua tales, illarumunque actus publicos ad invicem dirigit & obligat, ut justæ omnia gerantur, & tota generis humani universitas & socie- tas, quæ in istos cœtus particulares dividitur, salva sit. Ubi ma- nifestum est, quicquid adversatur Juri naturali, id neque *jure Gen- tium permisum & concessum esse*, cum æque honestum & justum, atque Jus naturæ respiciat, & nil nisi quod tale concedat. Vim- culum quippe populorum, quale est Jus Gentium, non nisi ju- stum & honestum esse potest. Quicquid sit. Perverso huic

(c) Exod. Gentium juri merito opponas jus divinum, quod sic præcipit. (e) 23. 2. *Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimo- rum acquiesces sententia, ut à vero devies.* Contra Grotium de Gen-

(d) De eo tium jure disputant Hugo de Roy (d) Ofiander (e) Clariss. Alber- quod ju- ti, (f) aliique. stum p.m.

121. sqq. §. 37. Quanquam vero recti apud populos locum tenet

(e) Not. error, ubi publicus factus est, uti Seneca, (g) loquitur, prodiciones in Grot. p. que in bellis sint frequentes, cum Gracorum exemplo apud Pla-

226. sqq. nemi, (h) raro quenam iustiora, quenam iustiora sint, querant (f) Comp. homines; nota etiam sit Alcibiadis vox, (i) ἐν ταύλᾳ σίμων τὰ δὲ

I. N. P. II. p. 239. δίκαια οὐ τὰ συμφέροντα, αλλὰ πολλοῖς δὲ ἐλασθένεται ἀδικίας (g) Epist. μεγάλα ἀδικηματα, οὐ τέρποις εἰς δίκαια ἐργασμένοις ἐντίνεται:

123. (h) Alcib. Non eadem esse iusta & utilia puto, quin multis iuste agentibus in I. f. 29. iustitia proficit: alios contra iuste agentes nil ipsa iustitia iuvit: Ipsi

(i) ibid. tamen proditores omnibus populis semper fuere odio, maxima- que poena habiti, & ab illis etiam puniti, quibus profuerunt. In quo pretio apud Philippum Macedonem, cui proditionibus vince- re familiare admotum fuit, post proditam Olynthum proditor

(k) t. 20. vixerit, author est Plutarch. (k) De Germanis autor est Commi- Opp. f. 178, nam, (l) quod Campobachio, cum à Carolo Burgundo perfide ad

(l) Comm. L. 7. p. m. Lotba-

Lotharingum transisset, cum suis cohortibus denunciaverint, ut è castris excederet, propterea quod proditorem nullum vellent apud se ferre.

§. 38. Sic laudem moderationis, iustitiae & aequitatis consequuntur, qui proditores vel dominis suis restituunt, vel de oblata proditione eos certiores reddunt, prout Camillus apud *Livium*, (m) illum *liberorum Magistrum*, qui principum Falisco- (m) l.s. rum liberos in castra Romana perduxerat, à pueris in urbem virgis agi jussit. *Nobis*, inquit, *cum Faliscis*, *qua pacto fit humano*, *societas non est*: *quam in generavit natura*, *utrisq; est*, *eritq; sunt* *es belli*, *sicut pacis iura*, *justeq; ea non minus quam fortiter didicimus gerere*. De *Conrad. II. Cælare* autor est *Aventin.* (n) quod cum *Ulricus Bo-* (n) *Annal.* hemus Mitzkonem Polonum, *Cæsari* officia detrectantem, ad se *Boj.* l.s. profugum, ei prodere vellet, Imperator hoc divulgaverit, re- f.m. 406. scripseritque: *solere Germanos virtute cum hostibus, non fraude cer- tare, nihilq; acris, quam perfidiam ulcisci, sceleribus, non nomini ho- stium irasci: oportere armatum esse, quem oderint*. Fabricius au- rem Consul Rom, Pyrrhum de Medici sui perfidia per literas cer- tiorem fecit.

§. 39. Leguntur equidem proditores etiam puniti ab illis, quibus profuerant. Ita *Sabini Tarpeji* filiam prodita, ut est apud *Livium*, (o) Romana arce, *armis obrutam necavere*. *Cacanus* (o) l.s. quoque Romildam, quæ libidinis explendæ gratia Forojulium c. 11. ei prodiderat, *cum eam nocte una quasi in matrimonio habuisset*, no- viissime duodecim Avaribus tradidit, qui eam per totam noctem, vici- bus sibi succedentes, libidine vexarent. Post modum palo eam infigi mandavit, addita hac exprobratione: *Talem Te dignum est habere maritum*, teste *Paul. Warnefrid.* (p) sed injuste. *Hugo Grotius* (q) (p) l.4. de quidem existimat, pœnam exigilicite quoad jus natura, ab eo tan- gest. Long. tum, qui paria non deliquerit, ita ut ab aque nocente aque nocens puni- (q) I.B.P. ri non debeat. Recte contra disputant *Pufendorfius*, (r) & *Ziegler-* 2. 20. 3. *rus*, (s) omnino licere, non privato quidem, qui paria deliquit, (r) de I. N. sed illis quibus potestas publica competit pœnas exigendi: Nec privatant G.L.8. c. 3. personalia vitia imperantes suo jure, Fuerit itaque Nero matricida, (s) not. in non tamen non licebat ei supplicio capitali afficere, si qui similis Grot. p. 428 criminis essent rei. Aliter se res habet, si quis imperium in perso- nam

nam delinquentis habere contendit, in societatem ejusdem (cele-
ris cum delinquentे venit; ut in proditionibus, 'quæ non eit tan-
tum qui se solicitari primo passus fuit, vel easdem obtulit; sed &
illi qui alios ad perfidiam induxit'; vel oblatam accepit, proba-
vit, & cum proditore pactus est, imputari possunt & debent.
Sicut itaque Domitiano non licuit mulieres adulterii damnare,
quas ipse stupraverat, ita nec qui alios ad proditionem solicitavit,
proditores tales ob perfidiam à cuius culpa nec ipse immunis est,
jure punire potest. Denique cum proditor non in eum, cui res-
vel personam prodidit, peccavit, sed in alium, cui fidem debebat,
hic quoque tantum, non ille puniendi jus habet, cum delisti con-
tra alios commissi non sit judex.

§. 40. Non tamen ob scelus promissionem proditori factam

(k) Strateg. servandam dixerim. Onosander (t) equidem, τοῖς δὲ πρόδοτας,
e. 38. p.m. inquit, τὰς τε τισές γῆς ἐπογχειας φυλατίσα μηδιάτερος εὐερέτας,
77. ἀνὰ διά τε ἐσφράγις. οὐαὶ δύτες ὁιστέλαι σφίσι χάρις ἐλουμένοις τὰ
οἱ πολεμιών διτά τὰς ἐυεργεσίας τρέπωντα. λαμβάνει δὲ τι μάλ-
λον ἐ προδότη διδύς οὐ χαριζέται, proditoribus fides, Εἰ promissa ab
Imperatore servandas sunt: nec considerandum, quod isti fuerint pro-
ditores, quod alij deinceps futurisint; qui postquam sibi hostium pari-
ter amplectentibus gratiam haberi perstixerint, animos ad ea beneficia
convertent suos. Quisquis enim proditori datur, munus accipit potius,

(l) I.B.P. quam confert. Putat etiam Hugo Grotius, (u) quod promissio facta
221.9. ob causam naturaliter vitiosam, ipsa natura valeat, ut si quid promis-
tar homicidiū perpetrandi causa. Verum sicut scelerata jure naturæ
prohibita sunt, ita ministris scelerum, ne gratis flagitia committant, minime favet Jus Naturæ. Turpia enim uts nullammerce-

(x) Not. in dem, nibilq; vicissim retribuendum exigant, ut notat Foden. (x) ita
Grot. p. nec turpe ministerium. Et sicut turpe est promissum, quod fit
267. sceleris perpetrandi causa, ita quoque tale manet, quando scelus

(y) f.m. est perpetratum. Consentient Patres Clemens Alexandrinus, (y)

6. 520. Tertullianus, (z) qui concise, nullius reiturpi, inquit, merces est de-

2) de Hab. cora. Quæ Grotius opponit, eruditè confutavit doctissimus

Mulieb. Pufendorfius, (a) quæ vero pro Grotio adduxit Gravvinckelius, (b)

f.m. 505. infirma sunt. Turpiter, inquit, meretur, at non turpiter exigit pro-

(.3.7.8. missum, quod natura deberi contendit: Sed qui turpiter mere-
Gb) Stric. tur-

(contra

Cfeld. p. 152.

tur, uti qua talis proprie nec meretur, ita non meretur præmium vel mercedem, quæ non est nisi rei honestæ, quam proinde etiam nec exigit, sed pœnam quæ sceleribus debetur. Ex quo infertur, quod cum ob causam naturaliter vitiolam facta non valeat promissio, nequidem ob eandem juste & honeste eadem servetur.

§. 41. Unde reddendam censeo à proditore, reperiique ab eodem jure posse mercedem, pro turpi opera præstata. Quanquam enim *Grotius*: (c) & *Pufendorfius* (d) existimunt, dominum rei trans- (c) de I.B.
fuisse ex prioris domini voluntate, cum utiq. volente domino res alteri P. l.2. c.10.
tradita fuit, cum intentione transferendi dominij, & quidem velut §. 12
ex debito pro opera, qua ipsi tanti fuit estimata; titulus tamen sub quo (d) de I.N.
translatio dominii facta est cum sit turpis, cum effectu juris per se §. 9.
illud non transferet; quod enim contra honestatem accipitur, id
sicut non honesto, sed turpi retinetur titulo, ita jure restituendum
esse censetur à *Zieglero*, (e) *Feldeno*, (f) *Osiandro*, (g) Ex Morali- (e) Not.in.
um Doctoribus hoc negat *Bonacis*. (h) de opere illico patrato con- Grot. p.
tra iustitiam, modo solutio non sit iniqua. Eadem disputat *David* 340.
à *Mauden*, (i) contendens à Meretrice acceptum pro turpi corporis (f) Not.in.
facta potestate non restituiri debere. Sed quicquid in contractum lo- (g) in Grot.
cationis & conductionis, vel emtionis & venditionis venire nescit, p. 145.
qualia sunt turpia, ob illud non dari potest ex iustitia ratione mer- (h) Theol.
ces, accepta quoque sub hoc titulo jure repeti potest. Mor. t.2.
f 551.

§. 42. Cæterum sicut induciarum tempore, alii actus belli (i) Discurs.
cessant, ita & à prodictionibus abstinentur esse recte judicat *Grotius*: Moral. in
(k) Corruptis hostinm præsidis loca invadere, qua ipsi tenebant, haud Detal.f.m.
dubie contra inducias est. Quod enim non nisi belli jure licet, vel (k) 3 de I.
licere creditur, id quoque, quando ab hostilibus actibus abstinen- B. & P. 21. 8.
dum est, cessare debet, maneat licet bellum, per conventionem ta-
men, & sic fide interposita, actus belli quiete jubentur.

§. 43. Denique eludenda quo pacto sint prodictiones, consilii est & prudentia. Occultum quippe cum sit hoc perfidiæ malum, caute ei occurrentum, & è suis latebris extrahendum censemus, ne plus nobis noceamus, dum ea quæ nobis nocitura videntur, effugere conamur. Plurimum itaque momenti in ipsa principis, imo omnium imperantium Persona positum judicaverim, ne vel ipsis, vel eorum bona proditoribus sint obnoxia. Quippe quibus subditis insita est erga imperantes suos veneratio, reverensq; ut *Lipfius*, (l) (l) 4. Pol.
loqui 9.2.

- loquitur, *de rege eiusq; statu opinio*, conjunctaque cum hac in eosdem benevolentia, facilius à libidine res novandi revocantur, quam atrocissimis pœnis. *Nullum enim tutum est imperium*, ut recte judicat Cornel. *Nep.* (m) *nisi sit benevolentia munus*. Qui vero ex nimia lenitate & indulgentia, segnitie etiam, incident in contemptum suorum, ita ut potentiae suorum ministrorum infringendæ, discordiae autem & æmulationi illorum tollendæ impares sint, lubricum, variisq; motibus & proditionibus obnoxium habent imperium, sicut exemplo Andronici senioris Imperatoris Græci, ex *contemnere* & *odio à suis Andronico juniori* nepoti proditi, prolixo docetur à *Nicephoro Gregor.* (n) Cū vero optimi principes etiam unius non sine discriminé patere possint insidiis & perfidiæ, principiis obstandum, & *Davidis Istrælitarum regis exemplo* (o) illorum qui non sunt probi ministerio in Reip. administratione abstinentium est. Certū enim est illud *Lampridij*, (p) *meliorem esse Rem-publicam, & prope tuorem, in qua princeps malus sit, ea in qua male principis ministri*. Quoniam autem etiā talium semper etiam copia daretur, etiam à probis nihil quod humanum penitus alienum esse credi debet, ex non facilis quidem, prudenti tamen quadam diffidentia, opera danda est imperanti, ne se lateat, quid faciant illi, quorum in rebus gerendis utitur ministerio, vel quali prædicti sint ingenio, ut quæ illis tuto committi possint, exacte sciat. Quia in parte etiā scelerate & per abusum, *Cromwellum* artificem fuisse autor est (q) *Elench.* *Bazeus*, (q) ceu qui *clancularius*, quos ubivis sibi obseratos habebat, ut omnium affectus, molitiones & consilia subintelligeret, detegentibus, nova contra se molimina Regiorum in Anglia feliciter intervertit. Prudenter etiam *Carolus V. Cæsar*, teste *Thuano*, (r) *Ferdinandum Gonzagam*, quod in avaritia suspicionem venisset, Imperii Mediolanensis administratione submovit, & insuper autor *Philippo* filio fuit, ut eo consultore in magnis negotiis uteretur: sibi enim ipsius prudentiam, & in consiliis dandis sagacitatem abunde perspectam esse, cæterum ne ei provinciam ullam administrandam, aut munus ali- quod committeret.
- §. 44. Cæterum *Delatoribus* non statim est habenda fides,
- εχει πάσσιον τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τούτων πιστεῖν, ἀλλ' ἀριθμὸς ἀνδρῶν διασκοτεῖν, monet Mæcenas apud Dionem. (s) Tyrannicum enim est hoc, cum saepius hoc genus hominum quod ē sua re, quam quod
- (m) *Dion*
3.3.
- (n) *Hist.*
Rom. l. 9.
f.m. 77.
- (o) *Pf. 102.*
- (p) *Alex.*
c. 64.
- (q) *Elench.*
Mot. An-
glic. P.II.
p. 259. 262.
- (r) *I. 13.*
Hist.
- (s) *I. 52.*

quod è vero est, loquatur. (t) *Periculorum & intium censet do-*
 quod è vero est, loquatur. (t) *Periculorum & intium censet do-*
 tissima Forstneri (u) annotatio *Principi, de potentibus ministris su-*
 pion. Ami-
 is pessima quaçj credere, & vindictam meditari. Sape enim innocentes rat. in Tac.
 invidia desert; & quis primum horruisse scelus, panem et, & Princi- disc. Pol. 4.
 pis ira in furiosa consilia propelluntur. De scelere itaq; quando certo mar. Arcan
 constat, vel ex rei gestæ indole quando proditionis periculum im- Rer. 5.15.
 minere cognoscitur, summo opus est silentio, ne se proditum sen- (u) in Com-
 tiat proditor, & ne occupetur præventurus ad proditionis scelus ment. Ta-
 committendum festinet: exemplo Veneti Senatus, sub summi si- cit. p.428.
 lentii fide, quo pacto *Carmaniolam* imperatoris perfidia coercenda nuat. p.234
 sit, consultantis. *Mirum*, inquit Petrus *Justinianus*, (x) fuit, quanta (x) Histor.
 patres taciturnitate, ac fide usi rem silentio comprefere: nam per octo Venet. l.7.
 menses, quos consultatio illa, vocato singulis ferme diebus Senatu, ab- f.m.122.
 sumpsisit, nulla unquam vel minima suspicio, aut conjectura ad Carma-
 niolam, sive ad alium quenquam pervenit. Melius etiam & tutius
 quando fieri potest agitur, si in potestatem redactus capitis causam
 agat, quam ut non auditus obtruncetur: quod etiam à *Justiniano*,
 (y) in Venetis Patriciis laudatur, Erant, inquit, ex Senatoribus, non (y) l.c.
 pauci, qui afferius in *Carmaniolam* invecti, obtruncandum eum indi-
 eta causa publice censembe, quum plus quam hostilis perfidae indicia in
 eo viro manifesta patenter: alijs maturius agendo non prius adduci po-
 tuerunt, ut suspitionis crimine hominem onerarent, quam scelus proprio
 ore rei expressum in lucem prodiret. Demum *Trium viris Advocatori-*
 bus, *Fantino Viaro*, *Francisco Laureano*, & *Paulo Corrario* referen-
 tibus, se a senatus decrevit, ut sub consultandi specie *Carmaniola* patrum
 literis ab exercitu *Venetias* accessitus, in vincula conjiceretur, ac qua-
 stione adhibita, si crimen confessus esset, more majorum capitali afficer-
 tur suppicio. Quod si vero rem talem non patiatur moram, vel si
 vocatus se sistere nolit proditor, aut si conpirationum audacia res
 in eum statum devenirit, ut aut *Principi* pereundum sit, aut conjuratis,
 eaq; illorum potentia sit, ut quamvis de perduellione constet, nec capi sine
 periculo, nec teneri tuto, nec legibus cum iis agi possit, sive in principatu
 id accidat, sive in libero civitatis statu: sane occupare scelus & perdere,
 ne pereas licere creditur. (z) istoque praetextu *Guisios* fratres in Gal- (z) Forst-
 lia, in Germania autem *Albertum Wallensteinum* trucidatos scri- ner con-
 bit doctissimus Forstnerus. (a)

§. 45. Feliciter etiam cognita proditio eluditur *dissimulatione*, (a) l.c.
 si

- Si vel proditor sub honoris specie ad alia expedienda à negotio quod perfide tractat, revocatur, aut abire jubetur: Vel si sinistram famam non fidem nos habere fingimus; cuius facti bene succendentis exempla habet *Polyenus*: Vel si beneficiis & novis honoribus meliorem ei reddimus mentem, qua arte *Marcellus* contra *Buteum Nolatum* egregie ulus legitur: Vel si quis se ipsum proditionis autorem fingit, sicut *Datames* apud *Nepotem*, (b) suo consilio *Mithradazanem ad hostes transisse in vulgus edidit*, quo etiam *Hannibalem* factō perfidie suorum ad hostes transeuntium feliciter occurrisse,
- (b) *Datam.* c. 6. (c) *Strat.* I. autor est *Frontinus*. (c) Vel si alios subornamus, ut & ipsi proditores simulent, quo veri proditores suspecti reddantur; Vel si plures qui in perfidiam conspirarunt dividuntur, quod *Antigonus Argyraspidis*, *Eumenis* proditoribus, à quibus sibi timebat, fecisse *Polyen.* (d) *Strateg.* 1. 4. c. 6. (d) testatur, quo ceu *tutissimo remedio consensus multitudinis extenuari recte Tacito* (e) judicatur.
- (e) *4. Hist.* §. 46. Aliter *Edoardus Anglus* certior factus de perfidia præfecti, quem in præsidio ad S. Odomarum reliquerat, vocato ad se homine, omnia dissimulans percontari de factō. Ille cum aliud non liberet fateri, & veniam orare, qua impetrata, discendenti Rex injunxit, ut quod instituisset, non pretermitteret. Ad constitutum diem, pridie Rex bene instructus, quam potuit occultissime *Caletum* venit. Gallus qui aurum dependit, rerum omnium ignarus, premisit equites ad occupandam arcem. Introrsus, repente, cum nihil ejusmodi suspicarentur ab Anglis comprehensi, inde sub lucem. *Anglus extra urbem provolans*, & reliquos ibi Gallos excitum rei manentes adorius, fugavit & cepit, cumq; his eum qui proditionis causam dedit, teste *Frossard*. (f) *Franciæ quoque Rex Ludovic. XI.* suspectum habens, ut narrat *Commin.* (g) *Normannia prefectum, familiariter cum rogat, num fidem Principibus dedisset?*
- (f) I. I. Hist. p.m. 48. (g) *Com.* l.i. (h) 1. 14. c. 2. 10. (i) *Not in Tacit. P.I.* p. 58.
- §. 46. qui proditionis causam dedit, teste *Frossard*. (f) *Franciæ quoque Rex Ludovic. XI.* suspectum habens, ut narrat *Commin.* (g) *Normannia prefectum, familiariter cum rogat, num fidem Principibus dedisset?*
- §. 47. Quod si vero ab hostibus nostri ad proditionem sollicitentur, prudenter quid agat hostis supprimitur, si de proditione solicitata nemini quid innoverit: Citra causam enim etiana unius periculo se exponere turum non est, cum fluxa sit hominum fides, & periculum ex singulis. (g) Si vero quid hostis moliatur, & proditionis merces, pluribus innoverit, in parte consiliū esse: *Eumenis factum apud Justinum*, (h) cum doctissimo *Forstnero* (i) censeo.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z180640102

Digitized by Google

